

Jf
788

Mac. 12.

DE
DOCTORIBVS VETERIS ECCLESIAE
CVLPA CORRVPTAE PER PLATONICAS
SENTENTIAS THEOLOGIAE
LIBERANDIS
COMMENTATIO I.

QVAM
AVCTORITATE
SVMME REVERENDI ORDINIS THEOLOGORVM
IN ACADEMIA LIPSIENSI
PRO LOCO
IN HOC ORDINE OCCVPANDO
D. III. OCTOBRIS A. CICICCCXCIII.

DEFENDET

D. CAROLVS AVGVSTVS THEOPHILVS KEIL
THEOL. PROF. PVBL. ORD. DES. ET CONSISTORII
LIPSIENSIS ASSESSOR
ASSVMTO AD RESPONDENDVM SOCIO
GOTTFR. SIGISMVNDO IASPIS
AA. M. ET AD AED. ACADEM. CONCIONAT. VESPERT.

LIPSIAE
EX OFFICINA SAALBACHIA.

**KOEN. FRIED.
UNIVERS.
ZU HALLE**

DE
DOCTORIBVS VETERIS ECCLESIAE
CVLPA CORRVPTAE PER PLATONICAS
SENTENTIAS THEOLOGIAE
LIBERANDIS
COMMENTATIO I.

Dissolvendum nimirum est tandem aliquando nomen, iam ante plures annos contrafactum¹), docendumque, et illud doctrinæ Christianæ per Platonicos recentiores aut Platonica saltem placita illatum malorum genus, quod *internorum* nomine Moshemio²) appellare placuit, quodque in inconsiderata et imprudenti Platonicae philosophiae cum sanctissimis Christi dogmatibus copulatione atque coniunctione ille posuit, non fuisse ab illa philosophia profectum, sed si quid mali fuerit, id totum aliunde potius esse repetendum. Neque enim futuros existimem, qui hac me opera supersedere posse statuant. Cum enim sententia illa de corrupta olim per Platonica

dogma-

1) In Progr. de causis alieni Platonicorum recentiorum a religione christiana animi, (Lipr. 1785.) pag. 40.

2) Cf. Eius *Differt. de turbata per recentiores Platonicos ecclesia*, quae

partim legitur in *Differratt.* eius ad hift. eccl. pertinenibus, Vol. I. p. 90. ff. partim subiecta etiam est Tom.-II. versionis latinae *Systematis intellectualis Cudicorbiiani*.

A

dogmata Theologia christiana non modo a plerisque sere nunc Theologis, religioni caeteroquin optime cupientibus, defendatur, proque certissima atque exploratissima habeatur, sed vel nuperrime etiam denuo fuerit in calumniam dogmatis de Trinitate translata; profecto non alienum a nostri temporis rationibus aut supervacaneum censeri poterit, sententiam tam unanimi virorum doctorum consensu probatam, novo examini subiicere, ne, si vero contraria fuerit deprehensa, vel error iste latius spargatur, vel calumniandi dogmatis illius materia ulterius praebeatur. Quod dum facere nunc adgredior, id potissimum velim lectores sibi persuadeant, me neutiquam tam vana de me opinione inflatum, ut me unum caeteris acutius vidisse existimem, aut rixandi aliisque contradicendi pruritu abreptum, vel controversias olim agitatas revocandi studio ductum, sed solo veritatis, quam mihi quidem cognovisse vius fuerim, amore captum, hoc quicquid est laboris suscepisse; omninoque in hac universa causa tuenda non dogmaticum mihi, sed historicum modo consilium propositum esse existiment, quod in hoc uno versetur, ut, quae vera fuerit doctorum veteris ecclesiae de illis Theologiae capitibus, de quibus quaeritur hic, sententia, et unde ea fluxerit, definitur.

Iam vero ut planius adhuc adpareat, quid sit, de quo disputetur, primum omnium historia huius controversiae a prima inde origine, paucis tamen, videtur repetenda, tumque id, de quo quaeritur, paulo accuratius constituendum.

Nimirum primis quidem constitutae religionis ecclesiaeque christiana temporibus iis, qui haeretici ab orthodoxae ecclesiae doctoribus audiebant, legimus exprobratum fuisse, eos per gentilem philosophiam, nominatimque Platonicam, ad pravos se errores abripi passos esse, hincque Philosophi isti *haereticorum Patriarchae* ab

iis

iis reperiuntur dicitati fuisse. Tertius in hanc rem notissimus est Tertullianus, qui Valentinianorum quidem aliorumque Gnosticorum errores diserte a gentilis, nominatiisque Platonicae, philosophiae studio repetit, in *libr. de praescript. adv. haeret.*³⁾ haec scribens: *Ipsae denique haereses a philosophia subornantur. Inde aeones et formae nescio quae, et trinitas hominis apud Valentiniū; Platonicus fuerat. Inde Marcionis Deus melior de tranquillitate; a Stoicis venerat: et uti anima interire dicatur, ab Epicureis observatur. Et ubi materia cum Deo aequatur, Zenonis disciplina est. Et ubi aliquid de igneo Deo allegatur, Heraclitus intervenit. Eadem materiae apud haereticos et philosophos voluntur, iudicium retrostata implicantur: etc.* ideoque alio eiusdem libri loco⁴⁾ haec interrogat: *ubi Valentiniū, Platonicas (philosophiae) sectator?* Quod autem in his locis de una Gnosticorum haeresi defendit, id de aliis etiam haereticorum sectis intellectum eum voluisse, illud argumento est, quod alibi omnes haereses ex philosophia proficiisci contendit⁵⁾, quodque Platonem omnium dicit haereticorum condimentarium⁶⁾, et philosophos omnino


A 2 haere-
Hiflor. Philos. critic. T. II. p. 643.
et T. III. p. 294. ss.

3) *Cap. VII.* ad quem locum alia etiam in philosophiam gentilem parum honorifice a nostris dicta collegit Pamelius.

4) *Cap. XXX.* Hanc tamen Tertulliani sententiam de Gnosticorum haeresi ex philosophia Platonica orta, quam et recentiores quidam viri docti probarunt, vero parum esse consentaneam, ostendere studuerunt Chr. Kortholtus in *Diss. de philosophia orientali primis post C. N. saeculis ecclesiam christianam turbante,* Lips. 1733. 4: et Iac. Bruckerus in

5) *Adv. Marc. l. V. c. 19.* T. I. p. 464. edit. Seml. *At cum moneta (Apostolus) cavendum a subtiloquenteria et philosophia, ut inani seductione, quae sit secundum elementa mundi: longum est quidem et alterius operis ostendere, bac sententia omnes haereses damnari, quod omnes ex subtiloquenteriae viribus et philosophiae regalis consistent.*

6) *Libr. de anima c. XXIII.*



*haereticorum patriarchas adpellat*⁷⁾, quam sententiam eius Hieronymus etiam assensu suo comprobavit, dum epist. XLIII. ad Ctesiph.⁸⁾ haec habet: *pulchre quidam nostrorum ait: philosophi patriarchae haereticorum, ecclesiae puritatem perversa maculavere doctrina.* Neque tamen solus Tertullianus hanc philosophiae Platonicae maculam inuissit, ut eam haeresium matrem diceret, sed idem crimen Ireneus⁹⁾ etiam, Origenes¹⁰⁾, Gregorius Nazianzenus¹¹⁾, et alii in eam contulerunt¹²⁾. Quam vero doctores orthodoxi in haereticos abusus

7) In libr. *adv. Hermog.* c. VIII. In hoc autem Tertulliani dictum duo extant peculiares libelli, in sensum eius et veritatem inquirentes, alter quidem Ern. Sal. Cypriani *Diatribe academ.* qua expenditur illud Tertulliani: *haereticorum patriarchae philosophi*, Helmst. 1699. alter vero Ad. Rechenbergii *Diss. An haereticorum patriarchae philosophi?* ex illo Tertulliani *adv. Hermog.* c. VIII ad illustr. S. Pauli *Coloss.* II, 8. monum. Lipl. 1705.

8) *To. IV. Opp. Part. II.* p. 474. edit. Martian.

9) *L. II. adv. haer. c. XIV.* *Quod autem dicunt (Valentiniani) imagines esse, haec eorum, quae sunt manifestissime Democriti et Platonis sententiam edifferunt.* — *Hoc autem quod ex subiecta materia dicunt fabricatores fecisse mundum, et Anaxagoras et Empedocles et Plato primi ante nos dixerunt.*

10) *Hom. VII. in Ios. To. II. Opp. p. 414.* edit. de la Rue. *Hoc facit infelix Valentinus et Basilides, hoc facit et Marcion, haereticus. Furari sunt isti linguis aureas de Hiericbo et Philosophorum nobis non rectas in Ecclesiis introducere conati sunt seetas, et polluere omnem Ecclesiam Domini.*

11) *Orat. XXVI. p. 458.* edit. Colon. Ο δὲ ὀντος έστι τὸν διάνοιαν, καὶ πέντε τὸν γλώτταν, καὶ ἐκ σίδε λόγων εργάζεις τε σοφῶν, καὶ αἰνῆματα, καὶ τὰς Πύρρωνος ἐντάσεις, ἢ ἐφέξεις, ἢ ἀντιθέσεις, καὶ τῶν Χρυσίππου συλλογισμῶν τὰς διαλύσεις, ἢ τῶν Ἀριστοτέλεις τεχνῶν τὴν υποτεχνίαν, ἢ τῆς Πλάτωνος εὐνλωτίας τὰ γοντεύματα, οἱ κακῶς εἰς τὴν ἐκκλησίαν ὥμαιν εἰσέφυσαν, ὡσπερ Αιγυπτιακαὶ τινὲς μάσιγες.

12) *Conf. Balti Defense des Peres, accusez de Platonisme,* pag. 223. ss. et Bruckeri *Histor. crit. philos.* T. III. p. 287.

abusus philosophiae gentilis, in primisque Platonicae, culpam concererunt, eam post ipsi apud alios sustinuerunt. Etenim de Clemente quidem *Alexandrino Eusebius*¹³⁾ iam questus est, eum dogmata christiana cum philosophorum placitis miscuisse. Multo vero apertius *Origenes* deinde ab *Hieronymo*¹⁴⁾, *Methodio*¹⁵⁾, *Marcello Ancyrano*¹⁶⁾, *Iustiniano*¹⁷⁾, aliisque nimii philosophiae Platonicae amoris, perversique eius in tradendis atque illustrandis reli-

A 3 gio-

13) *Hist. Eccles.* I. VI. c. 13. "Απασι καταμίγνυσι καὶ τὰ φιλοσόφων δόγματα.


14) *In epist. XXXVIII. ad Pammacium, adv. Ioa. Hieros.* p. 316. ff. edit. Martian. Non est istius temporis contra dogma gentilium, et ex parte Platonicum, scribere. Et p. 317: Perrabuntur in medium vestra mysteria et de gentilium fabulis dogma contextum Christianis auribus publicatur. Hoc quod vos miramini, olim in Platone contempsumus. Item in epist. XLI. ad Pammacium et Oceanum p. 343. Quod autem periuriorum atque mendacii inter se origis foederentur: sextus Scromateon (*Origenis*) liber, (in quo ex Platonis sententia nostrum dogma componit.) plenissime docet.

15) Apud Photium *Cod. CCXXXIV.* p. m. 907. Οριγένης τὴν ψυχὴν μόνην ἔλεγεν ἄνθρακον ὃς ὁ Πλάτων.

16) Ut adparet ex *Euseb.* I. I. *adv. hunc Marcell.* p. 23. edit. Paris. Kastor, εἰ δεῖ τὸν θεόν περὶ οὐρανούς

εἰπεῖν, τῦτο προσῆκει λέγειν, ὅτι ἀρτι τῶν κατὰ φιλοσοφίαν ἀποδὲς μαθημάτων, καὶ τοῖς θεοῖς ὅμιλοσον προελόμενος λόγοις, περὶ τῆς ἀμφιβούς τῶν γραφῶν καταλήνεως, διὰ τὸ πολὺ καὶ φιλότιμον τῆς ἐξαθεν παιδεύσεως, θάττον τῷ δέοντος λεξάμενος ὑπογέρφειν, ὑπὸ τοῦ τῆς φιλοσοφίας παράγκην λόγων, καὶ τινὲς δὶ' αὐτῆς ἡ καλῶς γέγραφε. δῆλον δὲ ἐσὶ γὰρ τῶν τῆς Πλάτωνος μεμνημένος δογμάτων, καὶ τῆς τῶν ἀρχῶν παρ' αὐτῷ διαφορᾶς, περὶ ἀρχῶν γέγραφθε βιβλίον. καὶ ταῦτην τῷ συγγάμιατι τὴν ἐπιγραφὴν ἔθετο. δεῖγμα δὲ τέτο μέγιστον τὸ, μηδὲ ἄλλοτεν ποθεν τὴν ἀρχὴν τῶν λέξεων αὐτὸν. ἢ τὴν ἐπιγραφὴν τῇ βιβλίᾳ ποιήσασθοι, ἀλλ' ἀπὸ τῶν τῷ Πλάτωνι διεσθέντων μημάτων. Γέγραψε γὰρ λεξάμενος ἔτις. οἱ πεπιστευκότες καὶ πεπιστευμένοι. τέτο τὸ μήδην ἔτις εἰρημένον, εὔσοις ἀν ἐν τῷ Γοργίᾳ Πλάτωνος.

17) In *Traictat. adv. Origenis erroris* (pag. 491. *To. IX. collect. Concil. Mansian.*) Τι γὰρ ἐπερον παρὰ τὰ τῷ Πλάτωνι εἰρημένα τῷ τὴν Ἐλληνικὴν πατεῖν πλαστῶνται οὐρανούς ἔξεσθετο;



gionis christianaæ decretis usus fuit accusatus¹⁸⁾). Haec tamen accusatio tum quidem in his tantum viris substitit. Verum recentioribus temporibus, quae peculiaris olim fuerat quorundam reprehensio, ad omnes propemodum doctores Ante-Nicaenos est translata, ita quidem, ut quae philosophiae Platonicae propria fuerint, ea nimio ipsis amore capti, vel ipsi Theologiae christianaæ praeter rationem dicerentur intulisse, vel incommode saltem ei accommodasse. Neque enim una fuit eademque omnium, qui huius vitii eos incusarunt, opinio, neque idem, quo id fecerunt, consilium. Vel enim alieno a doctrinae christianaæ formula publice suscepta animo compulsi, inprimisque dogmati de Trinitate infensi, vel probo aut minus saltem iniquo consilio duicti, atque eorum, quae ipsis a primis illis ecclesiae doctoribus minus recte defensa aut parum commode dicta viderentur, offensione unice moti, id statuerunt, Theologiam illius aetatis a doctoribus istis variis in locis fuisse per Platonicas sententias corruptam. Inter illos praeter Daniëlem Zwickerum¹⁹⁾ et Gilbertum Clerkium²⁰⁾, in primis eminuit Souverainius²¹⁾, ecclesiae Reformatæ quondam verbi divini

mini-

18) De accusatione ipsa cfr. Pagn. Gaudentii *dogmatum Origenis cum philosophia Platonis comparatio*, quae adiecta est Salebris eius *Terrallaneis*, Florent. 1639. 4. itemque Chr. Guil. Franc. Walchii *Historie der Ketzerreyen* Vol. VII. pag. 700. ff.

19) In Irenico *Irenicorum* (*Amst.* 1660.) pag. 14. ff.

20) In praesat. *Ante-Nicenissi*, quem cum duplice tractatu eiusdem argumenti edidit an. 1695. 8.

21) Qui peculiarem ea de re librum edidit sic inscriptum: *Le Platonisme dévoilé, où Essai touchant le verbe Platonicien, divisé en deux parties, à Cologne, 1700. 8. cuius versio germanica, a S. V. Loefflero, qui eandem cum auctore sententiam tueretur, curata, nuperrime secunda iam vice prodit, aucta dissertatione de origine dogmatis de Trinitate: Versuch über den Platonismus der Kirchenväter — aus dem Franz. übersetze*

minister. Horum autem tantus iam¹ est numerus, ut vix amplius iniri possit; quare illos modo nunc commemorabo, qui non obiter tantum eam rem attigerunt, sed consulto de ea exposuerunt *). Pertinent autem hoc praeter *Io. Baptif.* *Crispum*, quem laudat *Bruckerus*²⁾, *Dionyfius Petquius*³⁾, *Petr. Dan. Huetius*⁴⁾, *Io. Clericus*⁵⁾, *Chr. Fr. Bucherus*⁶⁾, *Ehreg. Dan. Colbergius*⁷⁾, *Imm. Ern. Hahnii*⁸⁾, *Io. Laur. Mosheimius*⁹⁾, *Iac. Bruckerus*¹⁰⁾, *Io. Andr. Cramerus*¹¹⁾, et *Io. Geo. Arn. Oelrichius*¹²⁾.

Hi

sezt und mit Vorrede und Anmerkung.
begleitet von Ios. Frid. Chriſt. Löffler,
Züllich. 1792. mai. 8. / 3. *

*) Pleniorum eorum catalogum exhibuerunt Buddeus in *Introd. in hift. Thcol.* l. II. c. 3. pag. 497. ff. Pfaffius in *Introd. in hift. litter. theol. P. I.* p. 305. ff. et *Io. Ge. Walchius* in *Bibliotheca Parrifitica*, p. 335. ff.

22) In *hiflor. critic. philof.* T. III. p. 343.

23) *Dogmat. theal.* T. II. l. I. c. 3. ff.

24) *Origenian.* l. II. p. 27. ff.

25) Qui hanc sententiam in pluribus scriptis professus est, v. c. *Bibliotheca univers.* T. X. pag. 181. *Biblioth. choife.* T. XII. p. 213. *Art. eritic.* P. II. S. II. c. II. p. m. 379. *Epift. critic.* IV. p. 108. ff. VII. p. 187. ff.

26) In *Mensibus pieristicis*, (*Viteb.* 1705. 8.) maxime mense VI. p. 141. ff.

27) In *Hermerisch-Platonischem Christenthum*, (*Lipſ. 1710. 8.*) in primis Part. I. c. I. §. 6. p. 26. ff.

28) In *Diff. de Platonismo Theologiae veterum ecclesiae doctorum, nominatim Iustini Martyr. et Clementis Alex. corruptore.* Viteb. 1733. 4.

29) In *Dissert.* supra iam laudata de turbata per Platonicos recentiores ecclesia.

30) In *hift. crit. philof.* T. III. p. 337. ff. et T. VI. p. 534. ff.

31) In *Continuat. hiflor. Bossuet.* T. II. p. 268. ff.

32) In *Comment. praemio ornata ab ordine Theologorum Goettin- genſi de vera et certa eorum, qui me- dio secundo atque ineunte tertio sae- culo floruerunt, Patrum de ratione ſi. relatione filii ſi. Verbi cum patre ſententia,* Goett. 1787. 4.

Hi autem omnes, quanquam in eo invicem consentiunt, quod ex Platonis philosophia in Theologiam christianam nonnulla fluxisse statuunt, iidem tamen in definiendo illo, quem dicunt, doctorum veteris ecclesiae Platonismo, magnopere inter se diversi sunt. Nunc enim ipsa Platonis dogmata doctores illos in libris sacris, quos humilibus imaginibus atque similitudinibus summa mysteria occultare iudicassent, sibi volunt visos esse reperisse, hincque ea in christianam doctrinam intulisse³³⁾; nunc vero dicunt, eos Platonicas tantum notiones scripturae notionibus miscuisse, et quae in illa non legerentur, ex ea deduxisse consecitariis ex Platone partem saltem derivatis³⁴⁾; nunc denique eos in explicandis Christianorum mysteriis phrasibus, methodo, similitudinibus et praceptis atque opinionibus quibusdam Platonicis usos fuisse, atque Platonicis hypothesis et locutionibus ipsa dogmata quaedam christiana attemperasse defendunt³⁵⁾. Simili vero modo in eo etiam dissentiant.

utrum

33) Quae Souverainii fuit sententia, in libro, quem modo commemoravi, ab illo proposita pag. 73. verf. germ. itemque p. 354 fl. ubi tempus adeo horum errorum in ecclesiam translatorum definire instituit.

34) Hoc quidem modo Clericus illam rem definit. *Art. critic. Vol. I. P. II. S. II. c. 2. p. m. 379.* *Veteres, inquiens, Christiani, qui per aliquot saecula Platonici fuerunt, cum legerent Scripturam, ut ex ea religionis christiana systema quoddam colligerent; Platonicas suas notiones scripturae notionibus ubique miscuerunt,*

et quod in scriptura non legebatur, quodque credi volebant, ex ea deduxerunt consecitariis, non ex uno fonte derivatis, sed ex Platone aequa ac Prophetis.

35) Haec Bruckerus ad Platonismum retulit in *histor. crit. Philos. To. III. p. 348.* ubi sex omnino momenta commemorat, quae Platonismum Patrum ex ipsis quidem opinione constituant, suntque talia, ut profecto adpareat, verissimum esse, quod monuit iam Celeb. Roeslerus in *Diff. mox laudanda de originibus philosophiae ecclesiasticae*, p. 20. s. eum in notione eius constituenda, ipsum

utrum illa Theologiae christiana per Platonicas sententias corruptio ex veteris academiae genuina Platonis doctrina, an vero recentiorum potius Platonicorum s. Ecclasticorum philosophia³⁶⁾ sit repetenda. Illud quidem omnes olim, qui huic sententiae se addixerunt, in animo videntur habuisse; hoc autem primus fere defendit *Moshemius*³⁷⁾, et quamquam hanc sententiam vix videri potuisset cùquam persuasurus, cum facile adpareret, illam docendi rationem, quae Platonem dicitur redolere, diu iam apud ecclasticos doctores viguisse, antequam Ecclasticorum secta orta esset, tamē habuit, qui eum sequerentur, *Cramerum*³⁸⁾, *Bruckerum*³⁹⁾, atque ex parte etiam *Oelrichsum*⁴⁰⁾. Quod autem ippos doctores attinet, qui huius vitii accusantur, referunt hoc ex Graecis quidem

Iusti-

iplum videri dubium fuisse atque ambiguum. Facile tamen adparet, ea, quae supra posui, primaria ipsi vita fuisse; atque in his iisdem haec in re commemorandis substitut etiam Celeb. Schroeckhius, Vitebergenfis academiae insigne decus, in *Histor. ecclesiast.* Vol. III. p. 305. ff. edit. II.

36) De qua Ecclastica, quae diciatur, philosophia ostrenda in primis God. Clearii Dissertat. versioni latinarae *Stanleii hist. philos.* p. 1205. ff. adiecta, itemque Bruckei *hist. crit. philos.* T. II. p. 189. ff. et T. VI. p. 360. ff. cum utroque tamen iungi etiam meretur liber ignoti scriptoris Franco-galli: *Histoire critique de l'Ecclastisme, où des nouveaux Platoniciens*, 1766. 2. Tomm. 12. item-

que Roesleri *Diss. de commentariis Philosophiae Ammonianae fraudibus et noxibus*. Tubing. 1786. 4.

37) In dissert. aliquoties iam laudata,


38) L. L.

39) In locc. not. 30. laudat.

40) Is enim cum in Comment. not. 32. laudat. p. 64. ff. tum in primis etiam in libello *de doctrina Platonis de Deo a Christianis et recensionibus Platonicis varie explicata et corrupta*, (Marb. 1788. 8.) hoc sibi demonstrandum sumit, Christianos, quae Platonicas placitis similia habeant, accepisse vel a Iudeis Alexandrinis, in primisque Philone, vel e scholis Platonicorum recentiorum.

B





Iustinum Martyrem ⁴¹⁾, Athenagoram, Theophilum Antiochenum, Tatianum, Irenaeum, Clementem Alexandrinum ⁴²⁾, Origenem et Eusebium, ex Latinis autem Minucium Felicem, Tertullianum, Arnobium, Laetantium, Augustinum denique. Consilium autem, quo ducti veteres isti doctores Platonicas sententias in religionem dicuntur suscepisse, iisque suam doctrinam accommodasse, hoc fuisse tradunt, ut philosophos etiam aliosque viros doctos ad fidem christianam allicerent ⁴³⁾. Quamvis autem hoc quidem modo sententiae huius patroni causam suam satis videri potuissent munivisse, eamque ita ornasse, ut cuilibet eam persuasuros fuisse credibile sit, tamen fuerunt, qui contrarias partes tuerentur, et vel unum illud de Trinitate dogma adversus eorum criminationem defenderent, vel universam culpam corruptae per Platonicas sententias Theologiae a doctoribus illis dimovere studerent. Ex illis nominandi imprimis sunt *Io. Mayerus* ⁴⁴⁾, *Io. Guil. Ianus* ⁴⁵⁾, et *Urb. Godofr. Siberus* ⁴⁶⁾; inter hos autem nomen suum professi sunt *Petr. Allixius* ⁴⁷⁾, *Franc. Baltus* ⁴⁸⁾, scriptor anonymus Franco-Gallus ⁴⁹⁾, et nostris temporibus *Chr. Frid. Roeslerus* ⁵⁰⁾.

Horum

41) Quem primum huius rei auctorem dicit Souverainius l. l. p. 354. et 358. verl. germ.

42) Cui principem fere inter Christianos illos Platonicos locum tribuunt.

43) Id certe huius rei consilium aperuit nobis Clericus in *epist. critic. VII.* p. 188. et 209. et post eum S. V. Loefflerus in notis ad Soumain. p. 130.

44) In *Dissert. de 1674*, Kilon. 1700.

45) In *Dissert. de Trinitate Platonismi vere et falso suspecta*, Viteb. 1708. 4.

46) In *Orat. de martyribus divinitatis Christi restibus*, Lips. 1714. 4.

47) In libro: *The Judgment of the ancient Jewish church against the Unitarians*, Lond. 1699. germanice verbo Berol. 1707. 4. pag. 282. ff.

48) Qui edidit librum notissimum: *Defense des SS. Peres accuséz de Platonisme*, à Paris, 1711. 4.

Horum vero partibus quanquam et ego accedendum esse existimo, meae tamen rationes ab illorum rationibus ita differunt, ut cum plerique eorum, quae in antiquiorum doctorum scriptis iustum aliquam habere videantur offensionem, ea tam diu torqueant, inque partes diversissimas trahant, usque dum aptissime et ad receptae doctrinae formulam accommodatissime scripta adpareant, ego contra infitias minime eam, esse quaedam parum recte ab iis scripta aut defensa, sed id tamen negem, ea primum ab iis in religionis doctrinam esse introducta, et ex Platonica philosophia desumpta, sed aliunde potius ad eos delata esse contendam. Id autem ut probem, triplici potissimum argumentorum genere uti constitui. Quoniam nimirum haec omnis res a praecipuo quodam et nimio veterum doctorum in philosophiam Platonicam amore repeti solet, primum ostendam, non fuisse eos erga philosophiam hanc ita animatos, ut eius auctoritate ad has illasve sententias probandas amplectendasque se adduci videantur passi fuisse; tum vero demonstrabo, eos unam scripturam sacram veri cognoscendi ac iudicandi fontem habuisse, adeoque a probanda quacunque sententia aliunde arreptam maxime fuisse alienos, neque ullum aliud unquam professos, quam quod illius auctoritate ipsis videretur munitum, hincque eos pro novo potius et singulari philosophorum genere maluisse haberi, quam illius reliquorum philosophorum scholae addictos censeri; denique quae ex Platonica philosophia in religionis doctrinam ab iis dicuntur transsumta fuisse, ea non modo ipsos docebo, aliunde se

B 2

didi-

49) Author nimirum libri not. 36. iam laudati: *Histoire critique de l'Electisme.*

50) In *Diff. de originibus Philosophiae ecclesiasticae*, (Tubing. 1781.

4.) pag. 17. ff. quae cum inserta est *Selectis historico-philosophico-theologischen*, (Lips. 1787.) tum germanice etiam verba extat in eiusdem viri *Biblioth. PP.* Vol. VI. pag. 403.

didicisse professos esse, sed per singula etiam eundo, re vera aliunde fuisse profecta, declarabo.

I.

Quod igitur primum attinet, constat quidem, nonnullos veterum doctorum ab initio ipsos fuisse philosophiae gentili, nominatimque Platonicae, addictos; verum hi tamen non modo post philosophiae illi omnique religioni gentili hac ipsa de causa renunciarunt, quod nihil in ea reperissent, quo ipsorum veri cognoscendi cupiditati satisficeret, sed per omne etiam reliquum tempus animum ab omnibus philosophorum gentilium sectis alienum variis modis declararunt. Certe *Iustinus* quidem *Martyr*, qui praecipuo philosophiae amore exarserat, cum, ut ipse narrat⁵¹⁾ , alium post alium philosophum gentilem adiisset, a nullo autem, ne Platonicae quidem scholae doctore excepto, quod quaereret, edocetus esset, vidissetque insignem Christianorum in religione sua profitenda perferendisque malis hac ipsa de causa iis immissis constantiam, magnopere dicit optasse, ut et ipse Christianus fieret, χριστανός, inquiens⁵²⁾ , εὐχόμενος καὶ παρμάχως ἀγωνίζομενος, ὄμολογῶ· ἐχ ὅτι ἀλλότρια ἔτι τὰ πλάτωνος διδάγματα τῇ Χριστῇ, ἀλλ' ὅτι ἐκ ἔτι πάντη ὅμοια, ὅπερ ἔδει τὰ τῶν ἀλλών, Στωϊκῶν τε καὶ ποιτῶν καὶ συγγεαφέων. Quod igitur in gentilibus quidem philosophis desideravit, id apud Christianos se reperiisse, laetus agnovid. Similiter causa etiam *Tatianus*, qui et ipse fuit religione gentilis, licet non parum per Graecorum philosophiam existimationis esset adeptus, tamen ei se dicit valedixisse, religionemque christianam amplexum

51) In *dialog. c. Tryph.* pag. 103. II. edit. Bened.

52) *Apolog. II. §. 13. p. 82. edit. Thalem.*


plexum esse⁵³⁾). Idem valet de *Athenagora*, *Theophilo Antiocheno*, *Hermia* et aliis. Neque vero hi viri hanc de gentili philosophia sententiam suam unquam mutarunt, sed semper ab omnibus eius factis ita abhorserunt, ut nullam esse statuerent, quae verum unice teneret, sed omnes potius multis iisque perniciofissimis erroribus contaminatas esse, defenderent; idque ipsum caeteri etiam doctores christiani professi sunt. Hinc non modo universos philosophos gentiles variis de causis atque nominibus taxarunt ac reprehenderunt et confutarunt, atque philosophum philosopho opposuerunt, ut, quantopere inter se diversi essent, sibique contrarii, ostenderent, hacque ipsa re auctoritatem eorum labefactarent atque infringerent, sed singulas etiam sectas oppugnarunt, et quam male cuiusque earum placita secum consentirent, quamque multis quaelibet infecta esset erroribus, ita declararunt, ut de Platonica id non minus, quam caeteris, defenderent, hocque unum omnibus perinde reliquum facerent, ut quamlibet veri aliquam particulam tenere concederent⁵⁴⁾). Si autem haec fuit eorum de philosophis istis, cum universis, tum singulis, sententia, qua tandem veri spe-

B 3

cie

53) *Orat. adv. Graec. c. II.* p. 6. edit. Worth. τέττα χάριν ἐπεταξάμενα τῇ παρ' ἡμῖν σοφίᾳ, οὐδὲ εἰ πάντι σεμνάς τις ἔν αὐτῷ; et c. *LVI*, p. 123. παῦτα μὲν ὁν δὲ παρ' ἄλλων ἐξεθέμην, πολλὴν ἐπιφοργήσας γῆν, καὶ τότε μὲν σοφεύσας τὰ ὑμέτερα, τότε δὲ τέχναις οὐδὲ ἐπινοαις ἐγκυρώσας πολλαῖς. — — διόπειρ χαρίσιν εἰπὼν οὐδὲ τῇ Ρωμαῖοις μεγαλαυχίᾳ, καὶ τῇ Ἀθηναῖοις ψυχρολογίᾳ, δύναμισιν ἀσυναργύτοις, τῆς οὐαρ' ἡμᾶς βαρβάρος φιλοσοφίας ἀντεποιησάμην.

54) Non opus esse arbitror, ut hoc singulis eorum locis commemorandis atque recitandis confirmem, cum ea in re abunde iam ab aliis otium mihi factum esse intelligam, inter quos nominatim laudandi sunt Liv. Galantes in *Christianaes Theologiae cum Platonica comparatione*, lib. I. pag. 20. ff. Fr. Baltus lib. II. et III. operis iam laudati, quorum uterque, quae Platonii in primis a nostris fuerunt obiecta, enarrat, et Bruckerus



cie defendi poterit, eos Platonis certe tanto amore captos fuisse, ut plura eius placita in suam doctrinam transsumere, eamque iis accommodare non dubitarent? Estne, quaeſo, credibile, *praecipuo* quem posſe in eum doctorem amore ferri, quem gravissimis erroribus implicatum cenſet, eoque ipſo caeteris nihil praefare concedit? Ut nihil iam dicam de eo, quod nostros ſupra vidimus de Platone defendiſſe, eum his ipſis erroribus ſuis poffimurum haeretum auctorem extitifſe.

At, inquis, ſi vel maxime non totam philosophiam Platonicam, qua talem, receperunt, quod nemo fanus defenderit, multa tamen vera in ea agnoverunt, et admodum honorifice de illa statuerunt, hincque non improbabile eſt, eos multa etiam ſibi ex ea vindicaffe, ſuaque doctrinae, vana ὁρθοδοξίας opinione deceptos, intuliffe⁵⁵⁾. Etenim ille ipſe quidem Iuſtinus Martyr, qui e Platonis ſchola ad Christianos tranſiit, quanquam in ea non omnino ſibi ſatisfactum eſſe, vel hoc ipſo tranſitu ſuo declaravit, tamen nec Platonis dogmata a Christo prorsus aliena eſſe professus eſt⁵⁶⁾; Clemens vero Alexandr. non dubitavit eum non modo veritatis ſtudioſum, ſed divino adeo velut ſpiritu auctum dicere⁵⁷⁾; ſimilesque laudes alii etiam plures ipſi tribuerunt⁵⁸⁾. Audio euidem, neque omni

rus in *Hift. crit. philof.* T. III. pag. 324-331. qui, quid in qualibet ſecta defideraverint, exponit.

55) Eſt haec ſolennis Bruckeri adverſus Baltum exceptio, quam ad nauſeam uſque in Opere eius philoſophico repetitam reperies, cfr. v. c. To. III. p. 331. 334. 397. etc.

56) In loco paulo ante p. 12. laudato.

57) Φιλαληθέα et οἷς θεοφορίμενος Strom. I. I. §. 8. p. 341. ed. Pott. itemque I. V. §. 12. p. 692.

58) Quas et ipſas in unum colleſtas videre poteris in eodem, quod modo commenmoravi, Livii Galantis opere, lib. I. p. 16-20.

omni haec veritatis specie destitui, ingenue profiteor. At enim vero, si in Platonica philosophia vera quaedam agnoverunt doctores illi, num de caeteris forte Philosophorum sectis id minus valere putarunt? Nonne ipse potius Iustinus, ubi Platonis doctrinam a Christo non alienam esse dicit, neque caeterorum philosophorum scriptorumque gentilium sententias ab eo alieniores esse defendit, dum diserte addit, Platonis placita Christi decretis non minus esse dissimilia, quam reliquorum vel Stoicorum, vel poëtarum, vel aliorum scriptorum⁵⁹⁾? Atque id ipsum nonne aperte etiam docuerunt Clemens Alexandrinus⁶⁰⁾, Minucius Felix⁶¹⁾, Laetani-

tius,

59) οὐχ ὅτι, inquiens l. l. ἀλλότρια ἔτι τὰ Πλάτωνος διδάγματα τέχεισθ, ἀλλ᾽ ὅτι ἐν τῷ πάντῃ ὄμοια, ὡςπερ ἐδὲ τὰ τῶν Ἑλλών, Στωικῶν τε κοὶ ποιητῶν κοὶ συγγραφέων. Negat quidem Bruckerus *bistor. crit. philos.* T. III. p. 371. haec verba sic, ut equidem feci, esse interpretanda, ut Platonis dogmata negentur Christi decretis in omnibus similia esse, sed dicit, illud ἐν ἔτι πάντῃ ὄμοια hoc potius sibi velle, ut Platonis dogmata sibi ipsis non satis dicantur constare. Verum hac de re plane non video Iustino nunc sermonem esse, sed id potius docet, Platonis doctrinam non totam quidem a Christi decretis alienam esse, neque tamen ei pro�us respondere. Huius enim rei, ut ipse Bruckerus agnoscit, in fq. rationem aliquam reddit, dum haec addit: ἐκατος γάρ τις ἀπὸ μέρους τῷ επειγματινῇ ἔτεις λόγῳ

τὸ συγγενὲς ὅραν, καλῶς ἐφθέγξατο. οἱ δὲ τάνατια αὐτοῖς ἐν κυριοτέροις εἰρηκέτες, ὃν ἐπιτίμημν τὴν ἀποπτον, κοὶ γνασίν τὴν ἀνέλεγυτον φαίνονται ἐσχικέναι, κ. τ. λ.

60) *Serom. I. I. §. 13.* p. 349.
Αἱ τὰς φιλοσοφίας τὰς τε βαρβάρους, τὰς τε Ἑλληνικῆς αἱρέσσις, ἐκάτη ὥπερ ἐλαχεν, ἀς πᾶσαν αὐχεῖ τὴν ἀληθειαν φωτὸς δ' οἵμω, ἀνατολῇ πάντα φωτίζεται. ξύμπαντες ἐν Ἑλληνές τε κοὶ βάρβαροι, ὅσαι τὰλαθοῦς ἀρέκθησαν, οἱ μὲν ὅν διλγα, οἱ δὲ μέρος τι εἴπερ ἄρα τῷ τῆς ἀληθειας λόγῳ, ἔχοντες ἀναδειχθεῖεν. κ. τ. λ.

61) *Oration. c. XX.* p. 116. ed. Lindn. *Expositi opiniones omnium ferme philosophorum, quibus illius prior gloria est, Deum unum multis designasse nominibus: ut quivis arbitretur, aut nunc Christianos philosophos esse, aut philosophos fuisse iam tunc Christianos.*

tius⁶²⁾, et Augustinus⁶³⁾? Numquid ergo praecepui Platoni ea in re concederunt? Verum sit, concederint etiam, quo tandem alio respectu id defenderunt, nisi hoc, quod caeteris eum rarius errasse, verique plus cognovisse statuerent? Sic enim Augustinum certe praecepuae auctoritatis laudem, Platonicis tributam, intellectam velle, ipse docet: *isti, inquiens⁶⁴⁾, philosophi caeteros nobilitate atque auctoritate vicerunt, non ob aliud, nisi quia longo quidem intervallo, verumtamen reliquis propinquiores sunt veritati; itemque alio in loco⁶⁵⁾: ideo istos philosophos dixi alii fuisse meliores in comparatione peiorum, quia fuerunt philosophi, qui docerent, homini, cum mortuus fuerit, nullam vitam postea remanere. Talibus illi utique praeponendi sunt. Et in quo illi erant meliores, quamvis in multis a veritate deviantes, tamen in quo erant ipsis superiores, veritati fuerant propinquantes. Quanquam post ne sic quidem satis ei fuit sententiam suam definitivisse, sed vel has etiam laudes retractavit⁶⁶⁾, laus quoque*

62) *Instit. div.* I. VII. c. 7. p. 895.
edit. Bünem. Facile est docere, paene universam veritatem per philosophos et sectas esse divisam. Non enim sic philosophiam nos everimus, ut Academici solent, quibus ad omnia respondere propositum est, quod est potius calumniari et illudere: sed docemus, nullam sectam fuisse tam deviam, nec philosophorum quenquam tam inanem, qui non viderit aliquid ex vero. — Quod si existisset aliquis, qui veritatem sparsum per singulos per sectas que diffusam colligeret in unum, ac redigeret in corpus, is profecto non dissentiret a nobis.

63) *De doctr. christ.* I. II. c. 40.
Opp. T. III. p. 32. edit. Bened. Doctrinae omnes gentilium non solum simulata et superstitionis figura gravesque sarcinas supervacanei labris habent, — sed etiam liberales disciplinas usui veritatis aptiores, et quaedam morum praecepta utilissima continent, deque ipso uno Deo colendo nonnulla vera inveniuntur apud eos.

64) *De civ. Dei* I. XI. c. V.

65) *Serm. CCXL.* (CXXXIX.) de temp. T. V. Opp. p. 698. edit. Bened.

66) *Retract.* I. I. c. I. §. 4. T. I.
Opp. p. 4.

quoque ipsa, scribens, qua Platonem, vel Platonicos, seu Academicos philosophos tantum extuli, quantum impios homines non oportuit, non immerito mihi displicuit, praesertim quorum contra errores magnos defendenda est christiana doctrina.


Iam vero id ipsum quoque, quod veri apud Platonem eiusque sectatores sibi videbantur reperisse, num ipsius forte auctoritate moti verum iudicarunt? Id nemo profecto sibi persuaserit, qui vel illud cogitaverit, quod modo a nobis est demonstratum, eundem, ex ipsorum quidem opinione, multa etiam falsa tradidisse. Si enim hoc statuerunt, facile adparet, ex ipsius quidem auctoritate minime ab iis decerni potuisse, quid verum falsoque in eius placitis sit iudicandum, sed hoc aliunde potius ipsis fuisse constitendum; de quo post dicendi locus erit. Accedit vero et hoc, quod tantum abs fuerunt, ut quicquam ei in vero definiendo cumque aliis communicando concederent, ut vel ea etiam, quae vere et recte eum docuisse iudicarent, non ex ipsius ingenio profecta, sed vel e libris Iudeorum sacris ablata, vel a divino Λέυω, in omnes homines delato, ipsi suggesta fuisse statuerent, inque eos, qui ipsum adeo Iesum eiusque discipulos ab illo didicisse defenderent, acriter invehierentur. Fuerant enim, ut ab his dicere incipiam, plures inter philosophos gentiles, qui Iesum eiusque apostolos ex Platonis scriptis profecisse contenderent, quorum ex numero nominatim nobis innotuit *Celsus*, qui ab Origene peculiari opere est confutatus, in quo huius criminationis eius pluribus in locis mentionem iniicit, eamque vanitatis simul et mendacii arguit⁶⁷⁾. Praeter hunc autem Ambrosium etiam eandem criminationem singulari

libro

67) Operis illius L. VI. p. 279. 280. 283. 286. 288. etc. edit.
Spenc.

C





libro repellere studuisse, auctore Augustino⁶⁸⁾, novimus. Tantum igitur abfuit, ut Iesum et apostolos a Platone quicquam didicisse concederent, ut ipsum potius Platonem, quae bona tradidisset, ab Hebreis eorumque libris sacris furto abstulisse contederent. Fuit enim haec admodum vulgaris et constans, quanquam parum certis, ut videtur, argumentis mixa⁶⁹⁾, multorum inter Christianos opinio⁷⁰⁾, ut philosophos gentiles, maximeque Platonem, quicquid boni habuissent, a Iudeis per occasionem itineris in Aegyptum instituti putarent accepisse, ita quidem, ut, quae his per Mosen et prophetas fuerint patesfacta, vel ex ipsis eorum libris sacris, vel ex colloquiis saltem habitoque cum iis commercio⁷¹⁾ cognoverint,

68) Epist. XXXI. (XXXIV.) ad Paulin. T. II Opp. p. 44. edit. Bened. *Libros beatissimi Papae Ambrosii credo habere sanctitatem tuam, eos autem multum desidero, quos adversus nonnullos imperitissimos et superbissimos, qui de Platonis libris Dominum profecisse contendunt, diligenter et copiosissime scripsit.* cfr. etiam de doctr. christ. c. XXVII.

69) De qua re praeter alios, qui de huius opinionis veritate dubitabant, quos una cum eiusdem defensoribus laudat Bruckerus in *hist. crit. philos.* T. I. p. 635. ff. in primis consulendus est Cl. Meiners in *der Geschichte des Ursprungs, Fortgangs und Verfalls der Wissenschaft.* in *Griechenl. u. Rom.* Vol. I. p. 375. ff.

70) V. c. Iustini Mart. Tatiani, Clementis Alex. Origenis, Eusebii,

Cyrilli, Minucii Fel. Augustini et aliorum, quorum quae hoc pertinent, testimonia, collegerunt Menagius ad *Diog. Laert.* p. 139. ff. Kortholtus in *Pagan. obrecht.* p. 27. Huetius in *Demonstr. evang. Propos.* IV. c. 2. §. 14. p. m. 91. Baltus l. l. pag. 153. ff. et 377. ff. Io. Lamius de recta Christianorum in eo, quod mysterium divinae Trinitatis attinet, *Sententia*, (Florent. 1732. 4.) L. II. c. VI. p. 101. ff. L. III. c. I. p. 139. Lensant *Biblioth. germaniq.* T. II. art. V. p. 124. ff. et Bruckerus l. I. et T. III. p. 332. f. Praeivit autem nostris in hac opinione iam Iudaeorum aliquis, Aristobulus, ut diferte docet Euseb. *Praepar. evangel.* L. XIII. c. XII.

71) Neque enim hac in re in vicem consenserunt, aliis quidem ipso

verint, eadem tamen ipsi post foede corruperint atque depravaverint. Quae vero non poterant ex hoc fonte commode derivari, ea per divinum λόγον, cuius universum genus humanum particeps factum esse existimabant, ipsis suppeditata fuisse opinabantur ⁷⁾). Ita autem cum statuerent, ut, quae recte docuisse putarent Platonem et caeteros philosophos, vel per Iudeorum, quos ipsi habebant, libros sacros ad eos pervenisse, vel illius λόγος, quem in Christo post consedisse, suosque multo plenius et rectius omnia edocuisse censebant ⁷⁾), interventu iis innotuisse existimarent, videtur ne, quae, credibile, illos ea sibi in suam doctrinam iudicare potuisse transsumenda, quae non alio, quam quem ipsi multo lucidiores habent, ex fonte fluxisse defenserent? Nonne idem potius eos Platonismi ipsorum defensoribus responsuros fuisse existimabimus, quod Iustinus aliquo loco ⁷⁾ dicit: Οὐ τὰ αὐτὰ ἡμεῖς ἄλλοις δοξάζομεν, ἀλλ' οἱ πάντες τὰ ἡμέτερα μιμέμενοι λέγοσι;

C 2

At


ippos libros Iudeorum sacros a Platone lectos, et Ieremiam adeo prophetam ab ipso auditum fuisse defendantibus, aliis vero de commercio tantum cum Iudeis in Aegypto habito, cogitantibus, quam postrem sententiam Augustinus maxime, repudiata priore, quam ante ipse fuerat secutus, defendit *de civitate Dei* L. VIII. c. 11. et *Rerum tract. L. II. c. 4.*

72) Cuius veterum doctorum sententiae testimonia quaedam attuli iam in Pr. *de causis alieni Platon. recent. a relig. christ. animi*, p. 23,

not. 67. Plura vero ex libello Dommerichii ibi laudato poterunt cognosci.

73) Quod in hac ipsa re diserte monet Iustin. Mart. *Apol. II. §. 10.* p. 79. Thal. ubi postquam gentiles philosophos ex divini illius λόγου suppeditatione sua haussisse defenserat, ita pergit: ἐπειδὴ δὲ οὐ πάντα τὰ τὰ λόγια ἔγνωσαν, ὃς ἦτι Χριστός, ἐναντίᾳ ἑκατοῖς πολλάκις εἴπον; cum quo loco et alias eiusdem *Apolog. §. 13.* p. 82. cfri poterit.

74) *Apolog. I. §. 78.* p. 57.



At enimvero hic rursus intercedit Bruckerus, dicitque in hac ipsa praeiudicata nostrorum opinione, qua probas et rectas Platoni caeterorumque philosophorum sententias vel λαϊψανα esse putaverint revelatae per λόγον mentibus eorum veritatis, vel thesauros Hebraeis et Christianis, veris iustisque revelationis divinae possefessoribus, furto subductos⁷⁵⁾), causam quaerēdam esse, ob quam has eorum sententias suae doctrinæ inferendas iudicaverint. Hinc enim eos sibi quasi ius aliquod vult asseruisse, haec dogmata sibi vindicandi et ad suæ religionis confirmationem traducendi, iamque eos saepe levissima similitudinis specie ita deceptos fuisse, ut quae Platonis placita librorum sacrorum decretis dissimillima fuerint, iis tamen prorsus respondere statuerint. Quod posterius ut lubenter equidem concedo, ita tamen non possum, quin denuo repetam, quod modo admonui, me non videre, cur aliunde sibi petenda iudicaverint, quae ipsos se puriora iam tenere putarent. Atque hac in re recte me iudicasse, eos ipsos possum testes commemorare atque producere. Ubi enim accusabantur a gentilibus, se haec vel illa a Platone aliisve philosophis petiisse, id magnopere impugnabant, et a prophetis potius ea se didicisse contendebant; cuius rei Origenes nobis exemplum praebet, qui ad calumniam quidem Celsi, quae quae de beata post mortem vita docerent Christiani, e Platone ipsos sumsisse criminabatur, hoc ipsum respondeat⁷⁶⁾, non ab hoc,

sed

75) Quae sunt ipsa eius verba in *Histor. crit. Philos.* T. III. p. 319. cum quo loco cfri etiam possunt, quae ibidem habet pag. 335. ss.

76) *Adv. Cels. L VII. pag. 351. l. Spenc.* Τὰς δε προφητείας, ἀφ' ὧν σοκάζεται, καὶ τὸν πλάτωνα ελαμφέναι, οἱ

συγγεναῖς τοῖς προφήταις καὶ ἐνθεῶς βιώσαντες, καὶ πάντα τὸν χρόνον ἀναθέντες τὴν ἔξτασι τῶν ιερῶν γραμμάτων, τοῖς ἐπιτυχεῖσι δἰα βίᾳ παθαρότυτα καὶ τὴν περὶ τὰ θεῖα φιλομάθειαν παρατήσασιν. οἵτινι δὲ προσεκρεμον ἦν δεῖξαι, ὅτι οἵτις μὲν ἡν, ἀπὸ Ἐλλήνων ή Πλάτωνος τὰ περὶ

τῆς



sed a prophetis potius, quos Plato consuluisset, ea se accepisse. Quo ipso iam ad alterum argumentum perducor, quo, veteres doctores christianos culpa corruptae per Platonicas sententias Theologiae liberandos esse, planum facere constitui.

II.

Unam nimirum scripturam s. veri cognoscendi atque iudicandi fontem illi agnoscabant, hincque a probanda quacunque sententia aliunde arrepta alienissimi erant, et hanc modo doctrinam se profiteri declarabant, quae ex librorum sacrorum fonte hausta esset, eamque solam sapientiae nomine dignam iudicabant. Omnino enim hoc sibi persuasum habebant, non posse veri quicquam ab homine cognosci, nisi id ad Deo fuerit edoctus; quam sententiam non modo diserte v. c. profitentur Origenes⁷⁷⁾ atque Laetantius⁷⁸⁾, sed illud etiam prodit, de quo dixi modo, quod omnes veras, quae quidem sibi viderentur, gentilium philosophorum sententias a divina institutione repetierunt, dum eas vel ex libris Hebraeorum sacris, vel ex insiti hominum animis λόγῳ institutione fluxisse sta-

C 3


tuerent.

τῆς ἀγίας γῆς εἰλικρινεύειν ἐκεῖνοι δὲ, νεώτεροι γενόμενοι ὃ μόνον τὰ ἀρχαιοτάτα
Μαῦσεως, ἀλλὰ καὶ τῶν πλείστων προφήτων ἡτοι παρακηρόστι τίνων αἰνιστούμενων
περὶ τῶν τοιόταν· οὐ καὶ ταῖς λεξίαις ἐντυχόντες γραφαῖς, παραποιήσαντες αὐτὰ,
τοιαῦτά τινα περὶ τῆς ιρείττανος εἰρήνης γῆς.

77) *Adv. Cels.* l. VII. p. 360. Spenc. Ήμεῖς δὲ ἀποφανθεῖδι, ὅτι ἡντάπτουσι οὐ ἀνθεωπίνη φύσις ἡπειρος ποτ'

ἢ ζητῆσαι τὸν Θεόν, καὶ εὑρεῖν αὐτὸν παθαρός, μὴ βοηθεῖσα ὑπὸ τῆς ζητήσεως.

78) *Divin. Instit.* l. II. c. 3. §. 23. Homo per se ipsum pervenire ad banc scientiam (veri) non potest, nisi docetur a Deo. It. l. VII. c. 2. τοτ. et c. 7. §. 4. Verum non nisi eius scire est, qui sit doctus a Deo. Neque enim potest aliter repudiare, quae falsa sunt, eligere ac probare, quae vera.



tuerent⁷⁹⁾). Quae autem nulla niterentur divina institutione, sed ab hominibus essent inventa atque excogitata, ea hac ipsa de causa non posse non vana et falsa esse pronunciabant⁸⁰⁾). Hinc igitur non alium iam neque limpidiorem veri cognoscendi fontem patere existimabant, quam vel Mosis et prophetarum scripta, vel doctrinam a Iesu traditam, Apostolorumque et Evangelistarum scriptis comprehensam, ideoque non modo ipsi ex eo hauriebant, sed gentiles etiam, ut eum adirent, hortabantur; in quam rem vel aliquot eorum testimonia commemorasse sufficerit⁸¹⁾). Pertinent autem hoc Theophili quidem Antiocheni haec⁸²⁾: διὸ δεῖνυτα πάντας τὰς λοιπὰς πεπλαισθέντας μόνος δὲ χριστιανὸς τὴν αἱρήσειν οὐχωρημένην, οἵτινες ὑπὸ πνεύματος ἀγίου διδασκόμεθα, τὰ λαλήσαντος ἐν τοῖς ἀγίοις προφήταις, καὶ τὰ πάντα προκαταγγέλλοντος· καὶ τὸ λοιπὸν ἔσω σοι Φιλορρήσως ἔρευνάν τα τὰ θεῖα, λέγω δὲ τὰ διὰ τῶν προφητῶν ἐνθέντα,

ὅπως

79) Nam et hanc Deo non minus tribuendam statuerunt, quam quae ex illis libris profecta esset; unde Origenes *adv. Cels.* I. VI. p. 276. diserte dicit, Deum philosophis illis quicquid veri tradidissent, revelasse, (ὅς οὗτος γὰρ αὐτοῖς ταῦτα, καὶ ὅσα καλῶς λέλειποι, ἐφανέρωσε), non alio haud dubie modo id factum cōgitans, quam divini illius, quem dixi, λόγῳ interventu, ut ad hunc ipsum eius locum pluribus demonstravit Mosheimius in vers. huius libri german. p. 593.

80) Quod diserte defendit Clemens Alex. *Strom.* lib. I. §. VII. p. 338. Pott. ὅτα δὲ, inquiens, ἡγεωπίνων λογισμῶν ἀποτεμένοι παρεχόμενοι

ξαν, ταῦτα ὡς ἀν τοτε θεῖα εἴπομεν ἄν; itemque Laestadius *divin.* *Instit.* I. VII. c. 2. §. 11. Necesse est, omnes philosophiae sectas alienas esse a veritate, quia homines erant, qui eas constituerunt, nec ullum fundamentum aut firmatatem possunt habere, quae nullis divinarum vocum fulciuntur oraculis.

81) Plura suppeditabit Chr. Guiliel. Franc. Walchii liber: *Kritische Untersuchung vom Gebrauch der heiligen Schrift unter den alten Christen in den vier ersten Jahrhund.* pag. 168.

82) L. II. ad *Autolyc.* c. 33. et

34. pag. 373. edit. Bened. c. 17. et 43. c. 2. Wolf. p. 224. 226

ὅπως συγκείνας τάτε ὑπὸ ήμῶν λεγόμενα, καὶ τὰ ὑπὸ τῶν λοιπῶν
διηνήσει εὐχεῖν τὸ ἀληθές; Clementis Alex.⁸³⁾ Φωῆ Κυρί⁸⁴⁾ παιδεύσθα
πρὸς τὴν ἐπίγνωσιν τῆς ἀληθείας. ὃ γὰρ ἀπλῶς ἀποφανομένοις αὐτοῖς
ἀρχώποις προσέχειμεν, οἷς καὶ ἀντιποφανεσθαὶ εἰπὲ ἵστη ἔξεστιν. εἰ δὲ
ἐκ τοῦ ἀρχεῖ μόνον ἀπλῶς εἰπεῖν τὸ δόξαν, ἀλλὰ πιεστασθαὶ δεῖ τὸ
λεχθὲν, ὃ τὴν ἐξ αὐτοφανῶν ἀναμένομεν μαρτυρίαν, ἀλλὰ τῇ τῇ Κυρί⁸⁵⁾
Φωῇ πιεσθεῖτα τὸ ἡγεμονον. ἡ πασῶν ἀποδείξεων ἐχεγγυωτέρα,
μᾶλλον δὲ, ἢ μόνη ἀπόδειξις δύσι τυγχάνει; itemque Irenaei⁸⁶⁾:
Non per alios dispositionem salutis nostrae cognovimus, quam per eos,
per quos Evangelium pervenit ad nos, quod quidem tunc praeconaver-
runt, postea vero per Dei voluntatem in Scripturis nobis tradiderunt,
fundamentum et columnam fidei nostrae futurum. Neque vero veri
modo cognoscendi fontem libres illos habebant, sed eius etiam
iudicandi unicam eos normam praebere statuebant, ideoque omnia
etiam gentilium philosophorum placita ad eam ita exigebant, ut quid
verum falsumque in iis esset iudicandum, ex sola cum doctrina in illis
libris tradita vel convenientia vel repugnantia effici atque intelligi
posse sibi persuaderent⁸⁷⁾. Atque hoc quidem veri cognoscendi
atque iudicandi fonte ita acquiescebant, ut ultra scientiam inde
haustam sapere velle minime auderent, in quam rem in primis no-
tabilis est Tertulliani locus⁸⁸⁾, ubi *viderint*, inquit, *qui Stoicum et*
Platonicum et dialepticum Christianismum protulerunt. Nobis curioſi-
tate opus non est post Christum Iesum, nec inquisitione post Evangelium.

Cum

83) Strom. I. VII. §. 16. p. 891.
Pott.

84) Adv. haeret. I. III. c. I. p.
173. edit. Maff.

85) Ex hac enim una re eos de
gentilium philosophorum placitis iu-

dicasse, omnia profecto scripta eorum,
in quibus de eorum vel veritate vel
falsitate disputant, declarant.

86) De praescript. haeret. c. VII.
p. 10. T. II. Opp. edit. Seml.

Cum credimus, nihil desideramus ultra credere. Hoc enim prius credimus, non esse, quod ultra credere debemus. Ex hoc igitur uno idoneo veri cognoscendi fonte cum suam doctrinam fluxisse statuerent, profecto non mirum est, tantam eos auctoritatem illi tribuisse, ut solam sapientiae nomine dignam iudicarent, gentilium autem philosophiae id nominis plane denegarent, eamque suae doctrinae longe postponendam esse defenderent; de qua re cum plura eorum loca testentur, facile intelligitur, unum tantum alterumve eorum a me nunc in medium posse proferri. Sic Iustinus Mart.⁸⁷⁾ v. c. non dubitat, Christianorum dogmata omni humana sapientia praestantiora declarare; Clemens vero Alexandr. ἡ μὲν, inquit⁸⁸⁾, βάσις φιλοσοφία, ἢν μεθέπομεν ἡμεῖς, τελεία τῷ ὄντι καὶ ἀληθῆς; similiterque Laetantius⁸⁹⁾. Ego vero ne studiosos quidem sapientiae philosophos esse concederim, quia illo studio ad sapientiam non pervenitur. Nam si facultas inventiendae veritatis huic studio subiaceret, et si esset id studium tanquam iter ad sapientiam, aliquando esset inventa. Quum vero tot temporibus, tot ingenii in eius inquisitione contritis, non sit comprehensa: adparet, nullam esse ibi sapientiam. Non ergo sapientiae student, qui philosophantur: sed ipsi studere se putant, quia illud, quod querunt, ubi aut quale sit, nesciunt; et alio loco⁹⁰⁾: philosophiam tollimus, quia humanae cogitationis inventio est; sophiam defendimus, quia divina traditio est, eamque ab omnibus suscipi oportere testamur. Hoc igitur loco doctrinam divinam humanae philosophiae ita opponit Laetantius, ut eam κατ' ἐξοχὴν sophiam dicat; alii tamen nostrorum doctorum hanc eandem doctrinam suam philosophiae

87) *Apol. II. §. 10. pag. 78. Thal. μεγαλεύστεραι μὲν ἐν πάσῃς ἀνθρώπεις διδασκαλίας φύνετοι τὰ ημέτερα.*

88) *Strom. I. II. §. 2. pag. 430.*

89) *Divin. Instit. I. III. c. 2. §. 7.*

90) *Ibid. lib. III. c. 16. §. 10.*

phiae etiam nomine appellare non dubitarunt, quorum loca videri possunt apud Kortholtum⁹¹⁾, Suicerum⁹²⁾, Salmasium⁹³⁾, atque Bruckerum⁹⁴⁾, quorum posterior recte etiam admonuit, in hac, quam dicunt illi, philosophia minime cogitandam esse naturalem aliquam rerum divinarum humanarumque cognitionem, ex rationis principiis illam deducitam, sed ipsam potius doctrinam divinitus patefactam ea significari. Id enim praeter laudata iam loca illud etiam confirmat, quod Clemens Alex. de huius philosophiae christiana natura pluribus disputans tradit, eiusque praecipuum esse dicit obiectum, his quidem verbis usus⁹⁵⁾: τὴν ὑπόθεσιν & τὴν κατὰ ἐκάστην αἰτεσσιν ἀγωγὴν Φαμεν, ἄλλ’ ἐπειδὴ ἔντος ἐξὶ Φιλοσοφίᾳ, ορθῶς σοφίαν τεχνικὴν τὴν ἐμπειρίαν παρέχεσσαν τῶν περὶ τὸν Βίον· τὴν δὲ σοφίαν, ἔμπειρον γνῶσιν, θείων τε καὶ ἀνθρωπίνων πραγμάτων κατεληφίν τινα βεβαίαν θσαν καὶ ἀμετάπλωτον, συνειληφθίαν τὰ τε ὄντα, καὶ τὰ παρεῳχότα, καὶ τὰ μέλλοντα· ἢν ἐδιδάχατο ἡμᾶς διὰ τε τῆς παρεχότης, διὰ τε τῶν προφητῶν ὁ Κύριος· καὶ ἔξιν ἀμετάπλωτος ὑπὸ λόγου παραδοθεῖσα· — ταύτης δὲ τῆς σοφίας ἐπιθυμεῖ η Φιλοσοφία, τῆς ψυχῆς, καὶ τῆς ὁρθότητος τῷ λόγῳ, καὶ τῆς τῷ βίῳ καθαρότητος, ἀγαπητικῶς καὶ Φιλητικῶς διατεθεῖσα πρὸς τὴν σοφίαν, καὶ πάντα πράγματα ἔνεκα τῷ τυχεῖν αὐτῆς. Φιλόσοφοι δὲ λέγονται παρ’ ἡμῖν μὲν, οἱ σοφίας ἐρῶντες, τῆς πάντων δημιουργῆς καὶ διδασκαλίας, τετέσι γνώσεως τῇ νιᾷ τῷ Θεῷ· παρ’ Ἑλλησι δὲ, οἱ τῶν περὶ ἀρετῆς λόγων ἀντιλαμβανόμενοι. Hic autem locus simul et hoc declarat, non suam modo doctrinam philosophiae nomine nostros adpellasse, sed sibi

91) In Comment. ad Iustin. Mart. tyr. pag. 6.


92) In Thesaur. eccl. T. II. p. 1438. ff.

93) Ad Tertullian. de pall. p. 66. ff.

94) Hist. crit. philos. T. III. pag.

245. ff.

95) Strom. lib. VI. §. 7. p. 767.



sibi etiam ipsis philosophorum nomen vindicasse; idque pluribus etiam cum eiusdem Clementis, tum aliorum scriptorum testimoniis confirmatur. Nam et alibi idem Clemens Christianos dicit *Φιλοσόφους τε Θεού⁹⁶*; Iustinus autem, ubi suam ad Christum conversionem describit, se philosophum factum declarat⁹⁷), et Laetatio iidem Christiani dicuntur *philosophi nostrae sectæ, quam tue-* *mur⁹⁸*). Neque vero nomen tantum philosophorum usurparunt, sed eorum saepenumero etiam habitum vel servarunt, vel sumserunt. Sic *Iustinum* quidem *Martyrem* pallio, quo quippe vestimenti genere philosophos olim usos fuisset novimus, indutum fuisse, non modo ipse haud obscure significat⁹⁹), sed diserte etiam tradunt Eusebius¹⁰⁰ atque Hieronymus¹), qui idem etiam testatur de *Aristide Atheniensis*²), et de *Heracla*³), scholae Alexandrinae doctore, quemadmodum de *Athenagora* Philippus Sideras⁴), et de Hera-

cla

96) In eodem libr. *Strom.* §. XIV. pag. 793.

97) In *Dial. c. Tryph.* §. VIII. p. 109. ed. Ben. εμὲ δὲ παραχειμα πῦρ ἐν τῇ φυσῇ κνήθη, καὶ ἔως ἔχει με τῶν προφήτῶν καὶ τῶν ἀδερῶν ἐκτινού, οἵ εἰσι χριτέ φίλοι· διαλογιζόμενος τε πρὸς ἐμαυτὸν τὰς λόγιες αὐτῶν, ταῦτη μόνην εὑρίσκον φιλοσοφίαν ἀσφαλῆ τε καὶ σύμφορον. οὕτω δὲ καὶ διὰ ταῦτα φιλό-
σοφος ἐγώ.

98) *De opific. Dei c. I.* §. 2. p. 1115.

99) Dum in prooemio dialogi eum Tryph. narrat, Tryphonem ex habitu suo collegisse, se philosophum esse.

100) *Hist. eccles. l. IV. c. 11.* ubi μάλιστα, inquit, ὑπαρχεῖ ἐπὶ τῷδε Ἰustinος ἐν φιλοσόφῳ σχήματι πρεσβευμόν τὸν θεῖον λόγον.

1) *De vir. illustr. c. 33.* apud Fabric. in *Biblioth. eccles.* p. 91. ubi dicitur ei *Iustinus philosophus, habitu quoque philosophico incedens.*

2) *L. L. c. 20.* p. 86. *Aristides, Atheniensis philosophus eloquentissimus, et sub pristino habitu discipulus Christi.*

3) *L. L. c. 54.* p. 127. *Heracles sub habitu philosophi perseverabat.*

4) In fragmento ab Henr. Dodwello ad calcem *Dissertationum in Irenaeum* edito, et a Fabricio in *Luce salutari Evangel.* p. 188. repetito,
ubi

clā etiam Origenes⁵⁾, de Gregorio autem Thaumaturgo Gregorius Nyssenus⁶⁾; ut nihil iam dicam de Tertulliani pallio, cuius quippe causa ambigua adhuc est atque incerta⁷⁾. Ut autem hoc philosophorum nomen non tantum usurparent, sed re etiam ipsa tuerentur, coeperunt iam primum omnium suam ipsorum doctrinam philosophico quodam modo et ordine tractare, aliisque exponere, et contra adversariorum calumnias eam defendere. Quod a quibus potissimum, quoque modo factum fuerit, non opus est, ut denou nunc exponam, cum in ea re explicanda satis iam desudaverint Duumviri celeberrimi, Christ. Frid. Roeslerum dico, qui non modo origines huius philosophiae ecclesiasticae patefecit, sed eius praecipua etiam capita est persecutus⁸⁾, et Magnif. ac S. V. Rosenmüllerum, Fautorem et Collegam pie colendum, qui et ipse cum

D 2

de

ubi audit illi ἀνὴρ ἐν αὐτῷ χριστιανός τῷ τελέσσῃ. Fateor tamen huius quidem scriptoris sublestant esse fidem, qua de re videnda sunt, quae monuit Andr. Polyc. Leyserus in *Diss. de Athenagora, Atheniensi, philosopho christiano*, (Lipf. 1736.) §. IV.


5) Apud Euseb. *Hist. eccl. l. VI. c. 19.* ubi sic de illo: διὸ καὶ πρότερον κοινῆ θεωρήτη χρόμενος, ἀποδυσάμενος καὶ φιλόσοφον ἀναλαβών σκῆπτρον, μέχρι τοῦ θύετο τηγεῖ.

6) In vita eius *T. III. Opp. p. m. 534.*

7) Dubitatur nimis, utrum eo sumendo Christianismū fuerit professus, an vero, ad Montanistarū incastra transgressus, severioris tantum

vitae rationem a se suscepit voluerit significare, qua de re, ut de hac omni pallii Christianorum causa praetiter Salmasium in *notr. ad Terrull. de pall. p. 68. ff.* conferendus est Christ. Guil. Franc. Walchii libellus: *Antiquitates pallii philosophici veterum Christianorum* (Ien. 1746. 8.) p. 221. ff.

8) Prius quidem in *Dissert. supradicta laudata de Originibus philosophiae ecclesiasticae*, posterius autem in tribus *Dissertat. Tubingae, an. 1782.* et 83. editis, quarum prima quidem exponit *Philosophiam veteris ecclesiae de Deo*, secunda eiusdem ecclesiae *philosophiam de mundo*, et tertia *de spiritu*.



de originibus et causis huius rei, tum vero etiam de pretio ei stātuendo disputavit⁹⁾). Neque vero in sua tantum doctrina explicanda atque defendenda laborarunt, sed gentilium etiam philosophorum scripta adierunt, eorumque placita, ut supra iam docui, diligenter examinarunt et invicem compararunt, quaeque falsa in iis iudicarent, oppugnarunt, quae vero bona iis viderentur, ipsi arripuerunt, inque suae causae commodum ita converterunt, ut iis ad sua ipsorum dogmata vel defendenda vel illustranda atque confirmanda uterentur; de qua eorum agendi ratione omnia eorum scripta, in primis apologetica, luculentissime testantur.

Atque hanc talem philosophiam, omnium philosophorum rectas et ad scripturae normam, ut ante vidimus, exactas atque examinatas sententias complectentem, iis haud dubie in locis in animo habuerunt, in quibus summam illi philosophiae praestantiam praedicant, eiusque cognitionem omnibus necessariam esse demonstrant, quales laudes apud Iustinum v. c. Mart. leguntur, qui ἐστι γὰς, inquit¹⁰⁾, τῷ ὅντι φιλοσοφία μέγιστη κτῆμα καὶ τιμιότατον θεῶ, φίτε προσάγει καὶ συνιστοῖ ἡμᾶς μόνι: καὶ δόσιοι ὡς ἀληθῶς ἔτοι εἰσιν, οἱ φιλοσοφίᾳ τὸν νῦν προσεσχμάτες. In hac autem philosophia eum non de singularis cuiusdam sectae philosophiae formula, sed de illa, quam dixi, ecclæstica philosophia cogitasse, ea docent, quae mox addit: τί ποτε δέ ἐστι φιλοσοφία καὶ δι χάριν κατεπέμψηται, τὰς διδασκαλίας, τὰς πολλὰς λέληθεν. Οὐ γάρ ἀν Πλατωνικὴν ήσαν, γένε Στωικοὶ γένε Περιπατητικοὶ, γένε Θεοφιλοὶ, γένε Πυθαγορικοὶ, μίας γένης ταύτης ἐπισήμης. Idem vero iudicium ferendum etiam erit

de

9) In libr. *de christianaee Theologiae origine*, (Lipsl. 1786. 8.) Cap. II. Sect. I. p. 39. sc.

10) *Dial. c. Tryph.* §. 2. p. 102. ed. Bened.

de Clemente Alemandrino. Is enim ubi cuiuscunque sexus, aetatis atque conditionis hominibus philosophiae operam dandam esse docet, si quidem vera potiri cupiant felicitate¹¹), quodnam intelligat philosophiae genus, aliis in locis satis perspicue declarat, in quibus quaenam ei omnino dicatur philosophia, consulto exponit; qualis est notissimus ille locus¹²), ubi φιλοσοφίαν δὲ, inquit, ἡ τὴν Στωϊκὴν λέγω, ὃδε τὴν Πλατωνικὴν, ἡ τὴν Ἐπικρέειον τε καὶ Ἀριστοτελικὴν ἀλλ᾽ ὅσα εἴησαν παρ᾽ ἐκάστη τῶν αἰχέσεων τύπων καλῶς, διαισθύνην μετὰ εὐτεβῆς ἐπιτήμης ἐνδιδάσκοντα, τότο σύμπαν τὸ ἐκλεκτικὸν φιλοσοφίαν φημί: cui simillimus est alius ex eodem Stromat. opere locus¹³), ubi philosophiae naturam exponens, haec tradit: εἴη δὲ ἀν φιλοσοφίᾳ τὰ παρ᾽ ἐκάστη τῶν αἰχέσεων, τῶν κατὰ φιλοσοφίαν λέγω, ἀδιάβλητα δόγματα μετὰ τὰ ὄμολογυμένα βίσις εἰς μίαν αὐθεοισθέντα εκλογὴν.

Neque vero hanc philosophiam ecclēsticam summis modo laudibus extulere, sed eam adeo ipsi profiteri aliosque docere non dubitarunt, quoniam eam cum animos ad fūscipendam doctrinam christianam praeparare, tum ad eam etiam defendendam valere


D 3 existi-

11) Quod fit quarti potissimum Strom. libri locis pluribus. c. c. § VII, p. 592. Pott. φιλοσοφίτεον ὃν καὶ ταῖς γυναιξὶν, ἐμφερός τοῖς ἀνδρεσι, καὶ βελτίες οἱ ἀρρένες, τὰ πρῶτα ἐν πᾶσι φερόμενοι τυγχάνωσιν, ἐκτὸς εἰ μὴ καταμαλακισθεῖεν. Ἀναγκαῖον ὃν σύμπαντι τῷ τῶν ἀνθρώπων γένει παιδεῖα τε καὶ ἀρετὴ, εἶγε ἐπὶ τὴν εὐδαιμονίαν σπεύδοιεν; itemque p. 594. καλῶς ὃν Ἐπίκριτος Μενοκεί γράφων· μήτε νεος τις ὁν, μελλέτω

φιλοσοφεῖν· μήτε γέρων ὑπάρχων, μοτιάτῳ φιλοσοφῶν· ὅτε γὰρ ἄνδρος οὐδεὶς ἔστιν, ὅτε πάρεστος πρὸς τὸ κατὰ ψυχὴν ὄγκαστρον· δὲ λέγων, μή πω τῇ φιλοσοφεῖν ὑπάρχειν ὄφεν, ἢ περιληγουθέντοι τὴν ὄφεν, ὅμοιός ἔστι τῷ λέγοντι πρὸς εὐδαιμονίαν ἢ μήπω παρεῖναι τὴν ὄφεν, ἢ μηδέτε εἶναι τὴν ὄφεν. κ. τ. λ.

12) L. I. c. VII. p. 338. Pott.

13) L. VI. c VII. p. 768.



existimabant¹⁴⁾). Id autem, ut nihil iam dicam de *Ammonio Saccā*, cuius quippe non modo persona, sed omnis etiam philosophicæ disciplinae ratio admodum dubia est atque incerta¹⁵⁾), ab *Origene* certe ita factum novimus, ut ab unius quidem philosophi placitis probandis disciplinae suae alumnos studiose abstraheret, sed per omnium potius scholas ducens eos, quae apud singulos bona et vera deprehendisset, iis apponeret, ea præsertim decerpendo, quae pietati iuvandæ atque promovendæ prodeßent, falsa autem diligenter inde secerneret. Haec enim de docendi eius methodo diserte testatus est unus discipulorum eius, *Gregorius Thaumaturgus*,

in

14) De quo utroque saepe differit Clemens in primis Alex, *De priori* haec v. c. habet *Strom. I. I.* §. I. p. 326. καθάπερ γὰρ οἱ γεωργοὶ προσεδενταντες τὴν γῆν, (εἰδ' ἔτοι τὸ σπέρμα καταβάλλουσιν,) ὥτῳ δὴ καὶ ὑμεῖς τῷ ποτίῳ τὸν παց¹⁶⁾ "Ελληνοὶ λόγον προσθέντες τὸ γεῦδες αὐτῶν, δὲ παραδέξασθαι τὸ καταβάλλομενον σπέρμα πνευματικὸν, καὶ τότο εὑμαρῶς ἐπεργέφαι δύνασθαι" itemque §. V. p. 331. ἢν μὲν ὅν πρὸ τῆς Κυρίας παραποτὸς εἰς δικαιοσύνην "Ελληνοὶ ἀναγκαῖα φιλοσοφία" νῦν δὲ χρησίμη πρὸς θεοσέβειν γίνεται, προπαιδεῖα τις ὁσα τοῖς τὴν πτίσιν δὲ ἀποδεξαὶς καρπυμένοις. De posteriori autem haec tradit *Strom. I. I.* §. XX. p. 377. αὐτοτελῆς μὲν ὅν καὶ προσθέντες ἡ κατὰ τὸν Σωτῆρα διδασκαλία, δύναμις ὁσα καὶ σοφία τὸ Θεῖον προστίθεται δὲ φιλοσοφία ἡ "Ελληνική, ἡ δυνατωτέρα ποτὶ τὴν ἀνθεῖαν, ἀλλ' ἀδύνατον


παρέχυσα τὴν πατ' αὐτῆς σοφίσικὴν ἐπιτελεῖσσιν, καὶ διακριομένη τὰς δολερὰς κατὰ τῆς ἀληθείας ἐπιβιλλές, φραγμὸς σίκιος ἐργατος καὶ θρηγκός εἶναι τὸ ἄκμελανος. Cfrenda sunt, quae de his philosophiae gentilis a nostris colendae causis nuper scripserunt Io. Frid. Gaabius in den Abhandlungen zur Dogmengeschichte der ältesten griechischen Kirche, (len. 1790. 8.) pag. 13. ff. et Dietr. Tiedemannus im Geist der spekulativ. Philosoph. Vol. III. p. 169. ff.

15) De priore crisi poterunt, quae alibi iam admonui in Pr. aliquoties iam laud. p. 37. f. de posteriori autem per quam subtiliter et accurate nuper disputavit Roeslerus in Diff. de commentitiis philosophiae Ammonianae fraudibus et noxis, (Tubing. 1786. 4.) pag. 13. ff.

in oratione panegyrica, quam instante post multorum annorum disciplinam in patriam reditu, Caesareae Palaestinae habuit¹⁶). In hac autem versandi docendique ratione, cum, ut ipse professus est¹⁷), omnia ad religionis commodum fideique christiana apud discipulos praeparationem referret, facile poterit iudicari, non nisi huius decreta veri falsique in philosophorum illorum sententiis discernendi normam ipsi praebuisse, eumque adeo a probanda quacunque sententia, quam litteris sacris religionisque christiana praecepsit non iudicaret consentaneam, haud dubie fuisse alienissimum. Haec eadem vero cum, ut ante vidimus, reliquorum etiam illius aetatis doctorum fuerit sententia, nec illud iudicatu nunc difficile erit, quonam iure Eclecticis illi philosophis fuerint annumerati vel annumerari debeant. Si nimur Eclectici omnino dicantur ii, qui quaecunque ab aliis recte dicta sunt, nullo sectae discrimine.

16) Pag. 215. f. Opp. edit. Voß.
ubi inter alia haec habet: τὰν μὲν
ὅτι χρήσιμον φιλοσόφων ἔκάτων καὶ ἀλυ-
θές οὐ, ἀναλέγων καὶ παρεπιθέμενος ἡμῖν,
ὅσα δὲ φευδῆ ἐπιφίλων, τὰν τε ἄλλα καὶ
μάλιστα θέα ιδία πρὸς εὐθέτειαν οὐ λαζω-
τῶν· περὶ τάπτων μὲν μηδὲν προσέκειν
ευμβελέων μηδὲ εἰ παντοφός τις ὑπὸ¹⁸
πάντων ἀνθρώπων παρετυγχεῖται, μόνιον δὲ
προσέκειν θέων καὶ τοῖς τάπτεστι προφέταις.
Extat in hanc universam orationem
peculiaris libellus Ioach. Sam.
Weickhmanni, quo Scholam Orige-
nianam Sacram ex Gregorio Thau-
maturgo informatam excutit, Viteb.
1744. 4.

17) In epist. ad eundem Gregor.
data, quae extat in eius Philocal.
c. XIII. p. 41. edit. Spenc. ἀλλ' ἐγὼ
τὴν πάσην τῆς εὐφύιας δυνάμει σε βεβλω-
μην καταχρέασθαι σε, τελικῶς μὲν εἰς
χριστιανισμόν, ποιητικῶς δὲ, διὰ τὴν ἀν-
ηδέξαμην παραλιμνεῖν σε καὶ φιλοσοφίας
Ἐλλήνων τὰ σιονεῖ εἰς χριστιανισμὸν δυνά-
μενα γενέσθαι ἐγκύρως μαθήματα, ἢ
προπαιδεύματα, καὶ τὰ ἀπὸ Γεωμετρίας
καὶ Ἀστρονομίας χρήσιμα ἐσόμενα εἰς τὴν
τῶν ιερῶν γραφῶν διήγησιν. οὐδὲ πᾶσες
φασι φιλοσόφων παιδεῖς περὶ Γεωμετρίας,
καὶ Μετρικῆς, Γεωμετρικῆς τε καὶ ᾧ το-
πογεικῆς, καὶ Ἀστρονομίας, ὡς συνεργίων φι-
λοσοφίᾳ, τεθρῷ ημεῖς εἴπωμεν καὶ περὶ
πάτης φιλοσοφίας πρὸς χριστιανισμόν.



discrimine facto, pro veris agnoscent et ipsi amplectuntur, iure profecto hoc nomine poterunt adpellari¹⁸⁾; sin autem hoc nomen intelligatur sic, ut Neo-Platonicorum, qui dicuntur, philosophorum scholae Ecle&thtiae statuantur addicti fuisse, quo sensu Olearius¹⁹⁾ olim, Moshemius²⁰⁾, atque Bruckerus²¹⁾ Ecle&thticos eos adpellandos esse defenderunt, non putem id nomen recte iis tribui, cum nunquam iustis argumentis doceri poterit, eos ullam aliquam philosophorum familiam unice esse secutos, sitque omnino, ut a pluribus iam est demonstratum²²⁾, omnis Ecle&thtiae illius scholae causa, quanquam ab illis ipsis, quos modo nominavi, viris praecipue illa stabilita atque ornata, nihilominus tamen admodum lubrica atque incerta, veroque multo proprius videatur, quod Cl. Roeslerus coniecit²³⁾, Ecle&thticos illos ex Christianis potius ortos atque profectos esse, quam hos ab illis didicisse, ac sua quaedam ab iis transfumfisse. Multo igitur rectius christianos eos philosophos dixeris, qui quippe non nisi sententias divinitus sibi, ut aie-
bant,

18) Atque sic quidem intellexerunt hoc nomen b. Io. Geo. Walchius in *Biblior. paup.* p. 331. et Roeslerus in *Diss. de originib. philosoph. eccles.* p. 24.

19) In *Diss.* supra laud. *de philosophia eclectica*, c. IV. p. 1216. Operis Stanleiani.

20) In illa saepe iam a me commemorata *Diss. de turbata per Platonicos recentiores ecclesia*.

21) *Hist. crit. philos.* T. II. p. 387, et T. III. p. 337, ss.

22) Inter quos praeter Autorem libri francogallici supra (not. 36.) commemorati pertinent in primis Celleb. Meinerius in libro sic inscripto: *Beytrag zur Geschichte der Denkart der ersten Jahrhund. nach Christi Geburt, in einigen Beitrachten über die Neu-Platonische Philosophie*, Lips. 1782. 8. et Roeslerus in *Diss. de commentariis Philosophiae Ammonianae fraudibus et noxis*, Tubing. 1786. 4.

23) *De originib. philos. eccles.* p. 22.

bant, patefactas, aliis proponerent, easque cum accurate definirent, iustoque ordine enarrarent, tum argumentis etiam ex natura rerum et ratione petitis munirent, philosophorumque gentilium similibus effatis illustrarent atque confirmarent.

III.

Atque hoc ipsum Christianorum philosophorum nomen iis nec quod ad illa religionis capita attinet, in quibus nominatim dicuntur a Platone in errorem fuisse deducti, denegandum esse, tertia iam coptae disputationis parte ita demonstrare conabor, ut per singula haec capita eundo ostendam, nihil eos docuisse, nisi quod ipsis libris sacris praeceuntibus a se defendi posse, firmiter sibi habuerint persuasum. Pertinent autem ea, quae Platonicam scholam dicuntur redolere, vel ad doctrinam de Deo absolute spectato, vel de Λόγῳ eius et filio, vel de angelis, vel de homine eiusque impressis animo, vel de virtutis cultu summoque eius fine, vel denique de futura hominis post mortem conditione.

Et in doctrina quidem *de Deo absolute spectato* hoc primum culpant et Platonicum esse defendant, quod *Deum nomine appellari posse negaverint*; eumque hinc ἀνώνυμον vel ἀνωνύματον dixerint²⁴⁾. Idem enim volunt Platonem etiam statuisse, cum universi huius patrem et invenire dixerit difficile esse, et ubi invenerimus eum, fieri posse negaverit, ut enuncietur, eiusque nos cum nomen, tum scientiam ac definitionem latere defenderit²⁵⁾. Verum, ut iam


non

24) Cf. Hahnii *Differ.* supra (not. 28.) iam laud. p. II.

25) Quod Platonis dictum non modo scriptores gentiles, sed christiani etiam plus una vice comme-

morant, v. c. Cic. *de nat. Deor.* I. I.

c. 12. *Iam de Platonis inconstansia longum est dicere; qui in Timaeo patrem huius mundi nominari neget posse: in legum autem libris, quid sit omni-*



non quaeram, quae Platonis hac in re sententia fuerit, hoc unum modo mihi docuisse sufficerit, eam fuisse illorum doctorum hac de re sententiam, ut si propter illam Platonici sint dicendi, ipsi etiam nostri Theologi eodem nomine fuerint adpellandi. Nimurum non omnino nomen Deo denegarunt, sed id modo defenderunt, non esse *proprium* ipsi nomen, qualia gentilium fere numina habebant. Id enim luculentér declarant argumenta, quibus hac in causa periuntur usi fuisse, quibusque vel omnino fieri posse negarunt, ut tali nomine adpelletur Deus, vel ut fiat, opus non esse contendunt. Illud enim eo confirmarunt, quod Deus cum sit *ἄγένντος*, adeoque nullum habeat se priorem, qui nomen ei indere potuisset²⁶), tum vero etiam *ἄρχέντος*, hincque nullum possit tale eius nomen reperiri, quod non hoc tantum illudve eius attributum aut beneficium exprimat, sed ipsam eius internam naturam declaret, eamque penitus exhauriat²⁷): hoc autem sic efficere studuerunt, ut

cum

no Deus, anquiri oportere non censet; Maximus Tyr. *Diff. XVI.* p. 201. edit. Markl. τέταρτος (θεός) δύναμις μὲν ἡ λέγεται, (Πλάτων) εἰ γὰρ οἴδεν; et ē Christianis Clem. Alex. *Strom. I. V.* c. XII. p. 692. τὸν πατέρα καὶ ποιητὴν τῆς τοῦ πάντος εὑρεῖν τε ἔργον, καὶ εὐδόντα εἰς πάντας ἐξεπιέντας ἀδύνατον. Πυτὸν γὰρ δύσκολος ἔστιν ἡς τὸντα μαθήματα, δι φιλαλήθης λέγει Πλάτων.

26) Hoc quidem arguento Iustinus Mart. usum esse deprehendimus, dum *Apol. II* §. 6. pag. 74. ed. Thalem. haec habet: ὄνομα δὲ τῷ πάντας πατέρι θετόν, ἀγενήτῳ ὄντι, εἰς ἔτιν. φ. γὰς ἀν καὶ ὀνόματι ποσαγο-

ρεύματοι, πρεσβύτερον ἔχοι (ut recte legendum monet Thalemannus) τὸν θέμενον τὸ ὄνομα τὸ δὲ Πατήρ, καὶ Θεὸς καὶ Κτίσις, καὶ Κύριος, καὶ Δεσπότης, ὃν δύσκολά ἔστι, ἀλλ' ἐν τῶν εὐποιησάν καὶ τῶν ἔργων προσεργύτεις.

27) Et hoc arguento idem Iustinus utitur *Apol. I.* §. 80. p. 58. ὄνομα γὰρ, inquiens, τῷ ἀρρώτῳ Θεῷ εἶναι ἔχει εἰπεῖν· εἰ δὲ τις τολμήσει εἶναι λέγειν, μέμνης τὴν ἄστον μανταν. Tum vero idem etiam habet Clem. Alex. *Strom. I. V.* c. 12. p. 695. ubi postquam Deum dixerat ἀνανόματον, haec deinde huius sententiae confirmandae causa subiicit: οὐν ὄνομάζω-

μεν

cum solus sit, minime opus esse ostenderent, ut ab aliis distinguantur²⁸⁾, hincque ipsum illud Dei nomen ei quasi proprium esse statuerunt²⁹⁾. His vero argumentis ecquis, quaeso, vel nostrorum

E 2

etiam

μεν αὐτὸς ποτὲ εἰς κυρίως. οὐδέποτες ἡτοι
ἐν, ἢ τὸ ἀγαθόν, ἢ νῦν, ἢ αὐτὸς τὸ δύν, ἢ
πατρέσαι, ἢ Θεόν, ἢ δημιουργόν, ἢ Κύριον,
άλλας ὅς ὄνομα αὐτῷ προσερέμενοι λέγομεν,
διὸ δὲ ἀποσίας ὑνόμωσις καλοῖς προσχρώ-
τεσθαι, ἵνα ἔχῃ ἢ διάνοια, μὴ περὶ ἀλλα
πλανωμένη, ἐπερείδεσθαι τέτοια. εἰ γὰρ τὸ
καθ' ἕκστον μηνυτικὸν τὸ Θεόν, ἀλλὰ
ἀθρώσις ἀπαντά ἐνδεικτικὴ τῆς τὸ παντο-
κράτορος δυνάμεως· τὰ γὰρ λεγόμενα
ἢ ἐκ τῶν προσόντων αὐτοῖς ῥίτῳ ἔτιν, ἢ
ἐκ τῆς πρὸς ἀλληλα σχέσεως· ἀλλὰ δὲ
τέτοια λαβεῖν οἴοντε περὶ τοῦ Θεοῦ.

28) In quo quidem defendendo
omnes propemodum, qui hanc senten-
tiam professi sunt, laborarunt.
Praeter Laetantium enim, cuius locus
mox laudabitur, hoc argumento
utuntur Iustin. Mart. Cobort. ad
Graec. §. 21. p. 21. ed. Bened. εὖ
γὰρ ὄνομα ἐπὶ Θεοῦ κυριολογεῖσθαι δυνα-
τέν. τὰ γὰρ ὑνόμωτα εἰς δηλώσιν καὶ
διέγγωσιν τῶν ὑποκειμένων καίτη πραγμά-
των, πολλῶν καὶ διαφόρων ὄντων. Θεῷ
δὲ ἔτε δι τιθεῖσις ὄνομα προστίθεσθαι, ὃτι
καύτος ἔσαντον ὄνομάζειν φίδην δεῖν, εἰ-
καὶ μόνος ὑπάρχον; et Minuc. Fel.
Octau. c. XVIII. §. 10. Nec nomen Deo
quaeras, Deus nomen est. Illic vo-
cabulis opus est, quum per singulos

propriis appellationum insignibus, mul-
titudo dirimenda est. Deo, qui solus
est, Dei vocabulum totum est. Quem
si patrem dixeris, terrenum opineris:
si regem, carnalem suspiceris: si do-
minum, intelliges utique mortalem.
Ausfer additamenta nominum et per-
spicies eius claritatem. Quibus simili-
lma sunt, quae habet Cyprian. de
vanit. Idol. V, 7. Nec nomen Dei qua-
eras. Deus nomen est illi. Illic vo-
cabulis opus est, ubi propriis adpella-
tionum insignibus multitudo dirimen-
da est. Deo, qui solus est, Deus vo-
cabulum totum est. Ergo unus est
et ubique totus diffusus est.

29) Scripsi quasi proprium. Mi-
nime enim ignorarunt, nec hoc no-
men eo quidem, quo omnino nomen
ipso esse negabant, sensu proprium
eius nomen dici posse. Alias enim
ipso sibi repugnassent, si et esse ei,
et non esse proprium nomen defen-
dissent, atque Iustinus et Clemens
Alex. (in locc. not. 26. 27. laud.)
vel hoc ipsum etiam Dei nomen di-
ferte inter ea nomina referunt, quae
non possint propria ipsi nomina dici.
Voluerunt igitur hoc Dei nomen
propriū quasi nominis loco haberi.
Atque

etiam Theologorum calculum adiicere dubitet.³⁰⁾? aut quis tandem, haec argumenta cogitans, suo ipsorum iudicio in hanc eos sententiam adduci potuisse, minime credibile iudicet, sed ab aliis potius eam illos suscepisse, necesse esse existimet? Neque vero ipsi ignorarunt, alios etiam ante se ita statuisse; verum hos tamen non doctores suos ea in re praedicarunt, sed secum potius consentientes laudarunt; quod luculenter docet Laetantii exemplum, qui cum Hermetem Trismegistum Deum ἀνώνυμον dixisse narrasset³¹⁾, quod ob ipsam scilicet unitatem nominis proprietate non egeat, hanc viri huius sententiam ipse deinde suo iudicio comprobat, haec quidem ei subiiciens: *Deo igitur nomen non est, quia solus est: nec opus est proprio vocabulo, nisi quum discrimen exigit multitudo, ut unam*

Atque hoc quidem modo illorum hac de re sententia plane consentit cum Origenis iudicio, qui de hac omni causa ita decernit *adv. Celsum I. VI. p. 320.* edit. Spenc. Καὶ τὸ „ἢν ὄνοματός δὲ, διαιτολῆς δεῖται“ εἰ μὲν γὰρ, ἔτι: ἐδὲ τῶν ἐν λέξεις καὶ συμανούμενοις ἔννατοι παρεπήσου τὰς ἴδιότητας τῷ Θεῷ, ἀλιθέας ἔτι τὸ λεγόμενον, εὐγέ καὶ πολλῷ ποιότερος ἐκ εἰσιν ὄνοματός, — Εἰ δὲ τὸ ὄνοματόν λαμβάνεις, καθὼς οὖν τε ἔτιν ἔνδικοι παρεπήσου τι τῶν περὶ αὐτῆς εἰς τὸ χειραγωγῆσαι τὸν ἀνθρωπὸν καὶ ποιῆσαι νοῦσον περὶ Θεῶν κατὰ τὸ ἐφικτὸν τῷ ἀνθρωπίνῃ φύσει, τινὲς τῶν περὶ αὐτῆς, ἐδὲν ἀποτού λέγειν αὐτὸν ὄνοματόν.

30) Certe non dubitarunt magni olim nominis Theologi, Ioh. Gerhardus in *Loci theor. L. II. c. II.*

§. 18. *T. III. p. 12.* edit. Cottae, et Chrstph. Matth. Pfaffius in *Instit. Theol. dogm. et moral. P. I. c. I. §. 1.* p. 111. Quod autem multi olim proprium Deo nomen dixerunt Iehovae nomen, utpote ab eo ipso sibi impositum, id et ipsum pro tali non esse habendum, sed unice referendum ad relationem, quae ei cum populo Israëlitico, tanquam regi ipsius intercedebat, praeclare post Crusium demonstravit b. Morus, Vir desideratissimus, in *Prol. III. de religionis notitia cum rebus experientiae obviis et in facto positis copulata*, p. 6. fl. qui assentitur etiam Hempelius, Collega Venerandus, in *Diff. II. de vera significacione vocabulū sēmen, etc. p. 43.* 31) *Instit. divin. l. I. c. VI. §. 4.*

unamquatinque personam sua nota et adpellatione designes. Itaque ne a Iudeis quidem dixerim, nostros hanc sententiam petuisse, quamquam Philonem quidem eandem iisdem fere argumentis defendisse legimus³²⁾. Quanto minus igitur a Platone eam dici poterunt acceptisse! Omnino vero non improbabilis est Roesleri³³⁾ coniectura, per gentilium potissimum idolatriam, atque eorum desideria, qui sui etiam Dei nomen noscere cuperent, iis huius rei defendendae occasionem fuisse suppeditatam. Certe mirifice eam adiuvat Iustini locus a me modo excitatus³⁴⁾. Ibi enim cum hanc ipsam gentilium consuetudinem culpasset, quod suum cuique numini nomen tribuerent, statim hoc subiicit, vero Deo nullum eiusmodi nomen convenire aut tribui posse.

Cum hac autem doctorum nostrorum reprehensione proxime iunctum est aliud, quod Iustino quidem Martyri vitio vertit Hahn.

E 3

32) Pertinent hic duo in primis loci eius, quorum alter legitur in libr. de nomin. mutat. p. 579. Vol. I. edit. Mangey. ubi ἡν̄ ἔν, inquit, ἀκόλθιον τὸ, μηδ̄ ὄνομα κύριον ἐπιφημισθῆναι δύνασθαι τῷ ἔντι πρός αἰλίθειαν. Οὐδὲ δέ τι φιλοπευεῖντι πρός αἰλίθειαν τῷ προφήτῃ, τι τοῖς περὶ δύναμας αὐτῷ ζητεῖσι ἀποκριτῶν, φησιν· "Οτι ἐγώ εἰμι δὲ ἐάν· ἵστι τῷ, εἴναι πέψινα, οὐ λέγεσθαι. Τῷ δὲ μὴ παντάπασιν ἀφαιρεῖσθαι τὸ ἀνθρώπων γένος προσῆγεται τῷ ἀειτῷ, δίδωμι παταχθέσθαι, ὃς ἂν δύναμας τῷ κύριῳ, — — — ἔτω μέντοι τὸ δὲ ἄρρητόν ἐστι, ἦσ' ἡδὲ αἱ ὑπηρετήμεναι δυνάμεις κύριον ὄνομα ἡμῶν λέγεσθαι; alter autem

in libr. de somn. p. 655. Vol. I. ubi haec leguntur: καὶ γὰρ ἐν ἐπέργαις, σπεψάμενος εἰ ἐστι τῷ ὄντος ὄνομα, εαφάσις ἔγνω ὅτι κύριον μὲν ἀδὲν, οὐδὲ ἐν εἰπεῖς, καταχεῶμενος δέρει· λέγεσθαι γὰρ οὐ πέψινεν, οὐλαζεῖ δὲ μόνον τὸ δὲν. Μαρτυρεῖ δὲ καὶ τὸ θεσπισθὲν λόγιον τῷ πυνθανομένῳ εἰ ἐστι ὄνομα αὐτῷ, οὐτι ἐγώ εἰμι δὲν· οὐδὲν ἀδύνατον αἰθρίαπι παταχθεῖν μηδὲντα περὶ θεού, ἐπιγνῶν τὴν ὑπερέξιν.

33) Cf. eius Lehrbegrif der christlichen Kirche in den drey ersten Jahrhunderten, pag. 101. et Diff. Philosophia veteris ecclesiae de Deo, pag. 31.

34) Not. 26.

nius³⁵⁾, illud nimisrum, quod *Deum supra omnem essentiam* (επέκεινα τὸς θεοῖς εἶναι διάφορον) esse defenderit³⁶⁾. Hanc enim loquendi rationem aperte fluxisse statuit ex absurdissima illa Platonis opinione, qua Deum dixerit ipsa essentia esse superiorem, talem quippe, qui bonum omnibus rebus tribueret, ipse vero essentia non esset, sed eam antiquitate quoque atque virtute antecelleret³⁷⁾, ideoque Iustinum etiam, hac sententia sibi vindicanda, videri defendit, Deum se ipso superiorem dicere voluisse³⁸⁾. Verum bona verba, quaeſo. Etenim si vel maxime concederim, loquendi quidem rationem a Platone eum summisſe, rem tamen ipsam ea significatam neutiquam ab eo demum cognovit, sed aliis procul dubio argumentis de eius veritate sibi habuit persuasum, omniumque minime ea tradenda Theologiam Platonica sententia dici poterit corrupſe. Quonam enim, quaeſo, sensu Deum omni essentia dixit superiorem? Nullo alio, ut equidem puto, nisi hoc, ut Deum ultra omnem essentiam nobis cognitam sublatum, exque aliorum entium genere ita exemptum esse diceret, ut ea longe supereret, possitque vera ipsius natura verbis quidem neutiquam a nobis definiri. Minime vero hoc sibi voluit, ut eum omni essentia carere defenderet. Hunc enim sensum *primum* contextus illius loci aperte postulat, et ipse nobis monstrat. Docetur enim hoc, Deum nos neutiquam posse oculis conspicere, sed animo tantum

et

35) Diff. laud. pag. 14.

36) Dial. c. Tryph. §. 2. p. 105.

ed. Bened.

37) In quam rem laudat locum
ē libr. VI. de republ. p. 120. Vol.
VII. edit. Bipont. ubi haec sunt Pla-
tonis verba: ἀντὶ θεῶν τὸν αὐτῷ,ἀλλ᾽ ἔτι ἐπέκεινα τὴς θεοῖς προσβείᾳ καὶ
δυνάμει ὑπερέχουντος.38) Sic enim argumentatur l. 1.
Mira sane de Deo loquendi ratio.
Quid est enim essentia divina? Est
Deus ipse. Sic Deus se ipso est su-
perior.

et mente amplecti, cui quippe uni datum hoc sit, ut cognoscat eum. Iam vero in descriptione huius Dei mente tantum cognoscendi primum hoc ponitur, eum esse ἡ χεῖμα ἔχον, ἡ σκῆμα, ἡ μέγεθος, ἡ δὲ φύσις ὡν ὁ Φθαλμὸς βλέπει, neque colorem eum habere, neque formam, neque magnitudinem, neque quicquam eorum, quae in oculos incurvant. Deinde vero subiicitur hoc, eum potius esse tale quid, quod sit ἐπέκεινα πάσης ὄστας, ἢτε ἑτοί, ἢτε ἀγορευτὸν; in quibus postremis verbis quis non explicationem praecedentium: ἐπέκεινα πάσης ὄστας agnoscat? Illa autem superiora nonne aperte declarant, eum non posse ad eiusmodi entium genus referri, quae vel colore, vel forma, vel magnitudine, vel alia quapiam re extera aestimentur? Tum vero in sensu huius formulae sic potissimum constituendo mirifice me confirmat hoc, quod et alii scriptores ecclesiastici rem eandem simillimis plane verbis reperiuntur tradidisse, cum Deum ὑπερέστιον, vel αὐτός, dicerent, eique ὑπερέστιον tribuerent; quorum loca in Thesauro Suiceriano³⁹⁾ diligenter iam sunt collecta. Quid enim aliud isti, haec de illo praedicantes, in mente habuerint, quam quod dixi modo, equidem profecto non video, cum diserte ei tribuant θεότητα ὑπερέστιον καὶ οὐφίαν, deque hac eius ὑπερέστιοτητι ἀγνωσίαν praedicent, eumque dicant πάντων ὑπερέστως ἐξηγημένον. Ex quo simul et hoc intelligitur, non propriam hanc fuisse Iustino sententiam, sed cum multis etiam aliis eum communem illam habuisse. Nam praeter eos, quorum loca Suicerus laudavit, et alii fuerunt, qui eandem sententiam defenderent, a Io. Gerhardo⁴⁰⁾ illi commemorati. Iam vero si haec fuit Iustini et reliquorum, qui idem cum eo defenderunt,

fenten-

39) Vol. I. p. 368. et Vol. II. p. 1379.

40) In Locis theol. Vol. III. p. 69. s. edit. Cottae.



sententia, concedam quidem, non satis commodis eos verbis illam declarasse; at ex Platone eam ab iis haustam fuisse, minime possum mihi persuadere. Nonne enim in quavis fere litterarum sacrarum pagina id tradi legebant, Deum summum esse atque perfectissimum, nec alium praeter ipsum ullum esse, qui hoc nomine dignus sit censendus? Quid vero, quaeso, ad colligendum inde pronius erat, quam hoc, esse eum eiusmodi, ut omnem aliam substantiam atque naturam supereret? Et si haec Platonica sententia sit dicenda, quidni nostros etiam Theologos Platonicos esse statuamus, quorum multi simillimis plane de causis Dei aliquam definitionem dari posse negarunt⁴¹⁾? Quonam vero Plato sensu Deum essentia dixerit superiorem, num illo, quem Hahnius ei subiicit, an alio quodam, id quaerere iam non instituo, cum ad nostram rem minime pertineat, possitque, si vel maxime fuerit demonstratum, alio eum, quam doctores christianos, sensu id defendisse, semper responderi id, quod saepissime iam in hac causa vidi responsum fuisse, eos mentem ipsius male percepisse.

Denique et hoc volunt ex Platonica philosophia fluxisse⁴²⁾, quod universam quidem rerum creatarum providentiam Deo vindicaverint nostri, sed *specialem coeli terraeque ac hominum curam angelis ab eo commissam fuisse* defenderint, eaque in re rursus imitati

fint

41) In cuius rei fidem vel eundem illum Gerhardum, *I. l. p. 68. ff.* rursus excitasse suffecerit.

cio angelorum cum filiabus hominum. ab Iudeis et Patribus platonianibus credito, (Viteb. 1742. 4.) §. 2. Io. Geo. Pertschius in Philosophumenis doctorum ecclesiae de geniis, angelis, praeципue de angelis tutelaribus, (Helmstad. 1748. 4.) pag. 5. et, quod miror, etiam Roeslerus in Biblioth. PP. Vol. I. p. 202. not. 24.

42) Ita certe hac de re iudicarunt Huetius in *Origenian.* p. 85. Hahnius *I. l. p. 12.* Bruckerus *hist. crit. philos. T. III. p. 377.* Gottl. Wernsdorfius in *Exercit. de commerciis.*

sint Platonem, qui et ipse providentiam quidem universalem Enti summo, specialem vero Diis reliquis, quos Daemones vocasset, attribuerit. Iam vero fuit sane haec doctorum christianorum unanimis fere et constans opinio, ut, summa quidem ac universa omnium administratione sibi servata⁴³⁾, singularum rerum, cum coelestium, tum terrestrium in primisque humanarum, curam angelis Deum tradidisse statuerent, ita quidem, ut non modo cuilibet genti atque provinciae et urbi, sed singulis etiam hominibus suos peculiares custodes et angelos tutelares praefecerit⁴⁴⁾, qui gentium quidem

atque

43) Huic enim summae Dei providentiae illam angelorum curam singularē subesse, diserte testatur Athen. *Legat. pro Christ. cap. XXII. §. 7.* τέτο γὰρ, inquiens, οὐ τὸν ἀγγέλων σύνεστις τῷ Θεῷ ἐπὶ προνοϊκῷ γέγονε τοῖς ὑπὲρ αὐτῶν διακενομημέναις, ἵνα τὸν μὲν παντελικὴν καὶ γενικὴν δὲ Θεὸς τὸν ὄλων πρόνοιαν, τὸν δὲ ἐπὶ μέρες, εἰ ἐπ' αὐτοῖς ταχθέντες ἄγγελοι; de quo loco videnda, quae scripsit Roeslerus im *Lehrbegrif der christlichen Kirche*, p. 138.

44) Cfr. v. c. Iustin. Mart. *Apol. II. §. 6.* p. 73. Thal. τὸν μὲν τὸν ἀνθρώπων καὶ τὸν ὑπὲρ τὸν ἀνθρώπου πρόνοιαν ἄγγέλους, οὓς ἐπὶ τέτοιο ἔταξε, παρέδωκεν. Athenag. *I. l. c. X. §. 4.* Ἐς (ἄγγέλους) δὲ ποιητῆς καὶ δημιουργὸς κόσμος Θεὸς διὰ τὸ παῖς αὐτῷ λόγῳ διένειπε καὶ διέταξε περὶ τὸ σοικεῖα εἶναι καὶ τὰς ἀρχανδεῖς, καὶ τὸν κοσμὸν καὶ τὰ ἐν αὐτῷ, καὶ τὴν τύτων εὐτάξιαν. Clem. Alex. *Sermon. I. VI. §. 17.* p. 822. Κατὰ τε

γὰρ τὰ ἔθνα, καὶ πόλεις νενέμαντο τὸν ἀγγέλων αἱ προσασταῖς· τάχα δὲ καὶ τὸν ἐπὶ μέρες, ὃν ἐνὶοις ἀποτελεῖσθαι τίνες; et *I. VII. §. 2.* p. 832. εἰσὶ γὰρ συνδιανενεμημένοι προστάξει θεῖᾳ τε καὶ ἀρχαῖς ἄγγελοι κατὰ ἔθνα. Tertull. *adv. Prax. c. 3.* p. 194. Vol. II. Seml. *Igitur, si et monarchia divina per tot legiones et exercitus angelorum administratur, sicut scripsit est: Milies centies centena milia adfiscebant ei, et milies centena milia apparebant ei; nec ideo unius esse desit, ut deficiat monarchia esse, quia per tanta milia virtutum procuratur etc.: Hieronym. Comment. in Matib. XVIII. To. IX. Opp. p. 45.* edit. Mart. *Magna dignitas animarum, ut unaquaque habeat ab ortu nativitatis in custodiam sui angelum delegatum.* Augustin. in *Solilog. anim. c. XXVII. T. IV.* Opp. p. 576. *Ambulant (angeli) nobiscum in omnibus viis nostris, intrant et exeunt nobiscum, attente considerantes, quam pie*

F

quam-

atque regnorum, custodiae ipsorum et praesidio commissorum; saluti quovis modo prospicerent, omnisque generis mala ab iis arcerent, nominatimque precibus etiam faciendis pro iis apud se intercederent, in primis autem hominis, in tutelam ipsis traditi, vel cuiuscunque, vel probi saltem ac pii⁴⁵⁾, curam non modo ante partum iam susciperent, sed inde a natalibus potissimum ita ei adessent, ut in omnibus, quae ageret, eum adiuvarent, et ab hostium insidiis ac fraude salvum servarent, eiusque vota et preces ad se perferrent, atque vel post mortem etiam animae illius prospicerent. At enim vero a Platone eos hanc doctrinam accepisse, vehementer dubitaverim, cum multo propior fons possit aperiri, e quo illam potuerint

quamque honeste in medio pravae nationis conversemur, — adiuvant laborantes, protegunt quiescentes, horantur pugnantes, coronant vincentes, congaudent gaudentibus. Plura loca huc pertinentia (nimium enim foret, omnia velle enarrare,) legi possunt apud Cotelerium *ad Hermae Pastor.* *I. II. mand. 6. c. 2.* Huetium in *Ori-*

genian. L. II. quaest. 5. §. 26 - 34. *p. 82. ff.* Suicerum in *Thes. Eccles.* *T. I. p. 43.* Petavium *dogm. theol.* *T. III. L. II. c. VII.* Spencerum ad *Origen. libr. adv. Cels. I. VII. p. 378.* Iac. Ode in *Comment. de Angelis,* *Sect. VIII. c. III. §. 8.* *p. 782. ff.* et Pertschium in *Pr. not. 42. laud.*

45) Hac enim de re non satis inter eos convenit, aliis quidem unicuique, ut ex locis modo allatis intelligi potuit, homini suum peculiarem angelum assignantibus, aliis vero

piis tantum et sanctis id beneficii concedentibus. Neque tamen, qui hanc posteriorem sententiam defenderunt, de ea satis certi fuisse videntur, hincque eam dubitanter modo proposuerunt. Sic Origenes *v. c. interdum fidelibus tantum et sanctis angeli custodiā tribuit, (cfr. Homil. XX. in Numer. Homil. XXIII. in Ios. et Homil. I. in Ezech. itemque περὶ ἡρ. I. II. c. 10.) alibi vero neminem angelico praesidio carere defendit, (in Matth. Tom. XIII. p. 310. Huet. et in Luc. Hom. XXXV.) similiusque Chrysostom. *Homil. LX. in Matth. c. XVIII. p. m. 531.* ait: ἐντεῦθεν δῆλον, ὅτι ἀγγέλους ἔχουσιν οἱ ἄγιοι, οὐ καὶ πάντες· καὶ γὰρ δὲ Ἀπόστολὸς φυσι περὶ τῆς γυναικός, ὅτι διβελεῖς ἔξεσται ἔχειν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς διὰ τῆς ἀγγέλους· οὐ καὶ δὲ Μωϋσῆς, ἔπιστην ὅρια ἐγνῶν κατ' αριθμὸν ἀγγέλων θεεῖ.*

rint haurire, vereque haud dubie hauserint. Eandem nimis sententiam inter Iudeos iam ante eos novimus obtinuisse. Id enim primum ex versione τῶν ὀδηγοῦντων, quos locum Deut. XXXII, 8. in quo Deus populorum Cananaeorum terminos iuxta numerum Israëlitarum constituisse dicitur, ita reddidisse constat, ut pro Israëlitis angelos commemorarent, proque horum adeo numero terminos populorum a Deo constitutos dicerent, his quidem verbis usi: ἐσησεν ὅραια ἑθνῶν κατὰ ἀριθμὸν αἰγγέλων Θεός. Huius enim vertendis rationis nulla alia profecto idonea afferri potest causa⁴⁶⁾, nisi haec, ut, quemadmodum in aliis etiam locis nonnunquam fecerunt isti Interpretes, ita etiam hic suam in vertendo opinionem dicantur secuti fuisse, scriptorique sacro, invito licet universi loci contextu, obtrusisse. Tum vero eandem sententiam haud obscure etiam produnt plura scripta apocrypha, a Iudaicis auctoriis profecta, inter quae in primis nunc commemoranda sunt, quae sub Tobiae et Enochii nomine vel olim extiterunt, vel etiamnum extant. In illo enim Raphaëli quidem, qui itineris comitem Tobiae se adiunxerat, cap. XII, 12. 15. diserte hoc tribuitur, piorum eum preces ad Deum perferre, similiterque ex huius etiam, quae supersunt adhuc, fragmentis⁴⁷⁾, luculenter adparet, auctoreim illius libri et hoc in angelorum partibus posuisse, ut pro hominibus apud Deum intercedant, precesque pro iis faciant. Praeterea vero nescio, an non hic


F 2)

pertinet

46) In quam rem in primis effri meretur S. V. Carpzovii Pr. *Interpretes graeci LXX. quoad angelos errabundi Deut. XXXII, 8.* Helm. 1785. 4. in quo quippe omnes sententiae super ea re a viris doctis prolatae diligenter sunt enarratae,

utque vel parum probabiles, vel rei saltem enodandae minus sufficienes abiectae.

47) Collectis illis a Fabricio in *Cod. pseudopigr. V. T. Vol. I. p. 160-199.* et ex parte etiam Grabio in *Spicileg. PP. T. I. p. 347. ff.*



pertineat, quod Deus apud Syracid. XXIV, 17. ἐκάστῳ ἔθνει dicitur
 καταπήσα τὴν γῆν, sibi autem Israëlitas peculii loco servasse. Sed
 mitto haec, cum multo adhuc locupletior huius rei testis in me-
 dium possit proferri, Philonem dico, qui hanc de angelis singulor-
 rum populorum hominumque custodibus sententiam multis in locis
 profitetur, quorum, cum omnia enarrare spatii angustia prohibeat,
 aliquot saltem excitasse suffecerit. Sic v. c. in *libr. de plant. Noë*⁴⁸⁾
 haec habet: Μωϋσῆς δὲ ὀνόματι εὐθυβόλῳ χρώμενος, αὐγέλης προσα-
 γοεύει, πρεσβευομένας καὶ διαγγελλότας τὰ τε παρὰ τῷ ἡγεμόνος
 τοῖς ὑπηκόοις ἀγαθά, καὶ τῷ βασιλεῖ ὃν εἰσὶν ὑπηκοοι χρεῖοι; itemque
 in *libr. de somn.*⁴⁹⁾, καὶ γαῖς (οἱ ἄγγελοι) τὰς τῷ πατρὶ ἐπικελεύστεις
 τοῖς ἐκγόνοις, καὶ τὰς τῶν ἐκγόνων χερίας τῷ πατρὶ διαγγέλλοται; et
 in *libr. de migrat. Abrah.*⁵⁰⁾ ὁ δὲ ἐπόμενος Θεῷ, κατὰ ἀναγκαῖον συνο-
 δοιπόροις χεῦται τοῖς ἀκολάθοις αὐτῷ λόγοις, ἢς ὀνομάζειν ἔθος αὐγέ-
 λης. His denique accedit et hoc, quod suae nominatim gentis custo-
 dem Michælem reperiuntur praedicasse Iudei. Sic enim diserte
 ille appellatur in *Targum Cant. VIII, 9.* מיכאל רbatchן רישראַל.
 Neque vero hanc de angelis, hominum tutoribus, sententiam inter
 doctiores modo fuisse receptam, sed in vulgus adeo notam, lucu-
 lenter, mea quidem opinione, declarat illud iudicium, quod amici
 Petri, cum in carcerem ab Herode coniectus, noctu ostium
 eorum pulsasset, Act. XII, 15. de eo dicuntur tulisse, non ipsum,
 sed angelum eius adesse. (ὁ ἄγγελος αὐτῷ ἐστι.) Quanquam enim
 non ignoro, ἄγγελον istum de *nuncio*, a Petro ad suos misso, a qui-
 busdam intelligi, hanc tamen explicationem in hoc quidem loco
 ipsam rei naturam nullo modo admittere, rete mihi videor cum
 doctif-

48) Vol. I. Opp. p. 332. edit.
Mang.


49) Vol. I. p. 642.
50) Vol. I. p. 463.

dōctissimo quoque Interpretum defensurus. Ab his igitur Iudeis, inter quos pervulgata iam erat de angelis gentium hominumque tutoribus sententia, nostri eam eodem haud dubie modo arripuerunt, quo plura etiam alia, ut infra videbimus et a plerisque fere iam conceditur, in hac eadem de angelis doctrina ab iis transsumserunt; eamque eo lubentius eos sibi ab iis persuaderi passos fuisse credibile est, quo apertius iis iporum librorum sacrorum auctoritate videretur confirmari. Praeter laudatum enim Deuteronomii locum, quem non mirum est, in huius causae defensionem eos transtulisse, cum, quod V. quidem T. libros attinet, toti fere ex illa τῶν ὁ versione penderent⁵¹⁾, in aliis etiam pluribus cum V. tum N. T. locis huius doctrinae argumenta sibi videbantur agnoscere. Ad confirmandam nimirum sententiam de angelis, gentium provinciarumque praesidibus, praeter Deut. locum laudabant etiam Gen. XI, 5. ss. et Danielis visiones, maxime Cap. VII, 10. ss. et c. X. Doctrinae autem de angelis, singulorum hominum custodibus argumenta petebant maxime ex Matth. XVIII, 10. Act. XII, 15. et Hebr. I, 14. Horum igitur locorum auctoritate permoti suum etiam huic doctrinae calculum adiiciendum putarunt; neutiquam vero a Platone aut alio philosopho gentili eam edocti amplexi sunt, sed cum eam ab his quoque philosophis defensam vidissent, probabant quidem ut veram et rectam sententiam, neque tamen alia de causa ipsi eam admirerunt, quam quod in sacris etiam libris eam tradi sibi persuasissent: id quod luculenter docet Clement. Alexandr. locus⁵²⁾, in quo cum omnino in eo versetur Clemens, ut philos-

phos

51) De qua re videnda, quae stellen der Dogmat. P. II. pag.
observavit b. Semlerus in Histori- 13 - 16.
schen Sammlungen üb. die Beweis-

52) Strom. L. V. §. XIV. p. 701.



phos gentiles ex barbara, quam dicit, h. e. iudaica, philosophia sua petuisse demonstret, id de hac etiam angelorum cura a Platone defensa valere, his quidem verbis usus afferit: τῶν μικρῶν δὲ κατὰ τὴν γεαφὴν, καὶ ἐλαχίσων τὰς αὐγέλας τὰς ὁρῶντας τὸν Θεὸν, πρὸς δὲ, καὶ τὴν εἰς ἡμᾶς διαγγέλων τῶν ἐφεσάτων ἡκυσταν ἐπισκοπὴν ἐμφαίνων, ὃν ὄντει γράφειν. Ἐπειδὴ πάσας τὰς ψυχὰς τὰς βίας ἡρῆσθαι, ὥσπερ ἔλαχον, ἐν τάξει προσῖναι πρὸς τὴν λάχεστιν: ἐπείνη δὲ ἐκάστῳ, ὃν εἴλετο δάιμονα, τέτον Φύλακα συμπέμπειν τῇ βίᾳ, καὶ αποπληρωτὴν τῶν αἰρεθέντων. Nēque vero omnia etiam recte ab iis hac in re doceri concedebant, sed graviter potius hoc eos nomine reprehendebant, quod hos populorum hominumque singulorum custodes non angelos, sed Deos potius aut daemonas esse defendarent, eosque religioso etiam cultu prosequendos statuerent; ideoque hos ipsos etiam, quoniam hunc cultum admississent, non bonos, sed malos potius genios habendos esse contendebant, de qua re alibi iam pluribus me consulto dicere memini⁵³⁾.

Iam vero ad primarium illud de Filio Dei aut Λόγῳ dogma, in quo omnium luculentissima Platonicae philosophiae in christianam Theologiam admissae vestigia omnes propemodum huius sententiae defensores sibi visi sunt reperisse, foret progrediendum. Cum autem hicce libellus academicae scriptio[n]is limites fere iam transgressus sit, filum sermonis nunc quidem abrumipendum, sententiaeque a doctoribus nostris de illo dogmate defensae examen alii libello, post paucos dies edendo, reservandum esse intelligo.

53) L. L. p. 27.

Jf 788

TA - OC

ULB Halle
007 412 312

3



20



